elementale potest cõuerti in aliquod corpus celeste: vel in aliquã incorpoream s̃bam: vel eõ᷒. q̃a non cõueniunt in materia nec in genẽ cũ quocunq̃ alio. Eo q̃ deus nec in genere ẽ nec materiã habet. impossibile ẽ q̃ v̄buz in carnẽ fuisse cõuersum: vel in aliq̃d cũq̃ aliud. Diximꝰ quid de xp̃o sentimus ṡm traditiones patrũ: ⁊ expugnauimꝰ rõnibꝰ manifestis hereticorum omniũ obiecta nephanda: satis est clara xp̃i noticia. Ideo nullus p̄ ignorantiam voluntariã ⁊ affectatã si ei non credit excusare potest se. Tñ quibꝰ licet doctrina suscipienda est: vt de v̄bo incarnato fide credatur: q̃d v̄bum explicare non potest. hoc dicit elegantissime Leo papa in sermone de natiuitate. Excedit quidez dilectissimi multumq̃ supeminet humani colloquij facultatẽ diuini opis magnitudo: ⁊ inde oꝛit̃ difficultas fandi: vnde adest ratio nõ tacẽdi: q̃a in Iesu xp̃o filio dei non solũ ad diuinã essentiã: ṡ etiam ad humanam spectat naturã: quod dictũ est per p̄phetã. Generationẽ eiꝰ quis enarrabit: vt vtrãq̃. n. s̃bam in vnã cõuenisse personã. vbi fides tardat sermo nõ explicat. Et ideo nunq̃ materia deficit laudis: quia nunq̃ copia fuit laudationis. Gaudeamꝰ igit̃ q̃ ad tãte misericoꝛdie sacramentũ impares sumus: ⁊ cũ salutis nostre altitudinez attingere ñ valeamꝰ: sentiamꝰ bonũ esse q̃ vincimur. Nemo ad cognitionẽ v̄itatis magister magl̃ appropiquat q̃ qui intelligit in rebꝰ diuinis etiã si multũ proficiat semper sibi superesse quod querat. Naz qui se ad q̃d tendit peruenisse p̄sumit: non q̃sita reperit: ṡ inq̃sitione deficit: ne antez infirmitatis nostre p̄turbemur angustiis: euangelice nos ⁊ p̄phetice adiuuãt voces. Hec ille. Inherentes igit̃ nos dictis sanctoꝶ xp̃m deum ⁊ hominẽ adoꝛemꝰ: q̃ viuit ⁊ regnat in secula seculoꝶ. am̃.

¶ Feria quarta post secundã dñicã de aduentu. Sermo q̃ solꝰ filꝰ dei carnem assumpsit: ⁊ nõ alie persone trinitatis.

Fructꝰ decimꝰ Iesus i mũdũ mittit̃

B Eatus qui non. zc̃. Cupientes quidã misterium incarnationis incõsiderate inuestigare cõfundunt̃ in mente: q̃m credũt totã trinitatem foꝛe incarnatã nesciẽtes distinguere diuinaꝶ personaꝶ pluralitatẽ. ⁊ q̃a h̃ tenere falsũ est ⁊ impiũ: idcirco in p̄nti sermone videbimus qualit̃ sola persona v̄bi carnẽ assumpsit. Colligemusq̃ ea que dicturi sumꝰ s̃b vno fructu. s. Iesus in mundũ mittit̃. p̄ cuius declaratione tres cõclusiones erũt notãde.

p̄ª cõclusio dicitur expressionis.
2ª cõclusio dicitur terminationis.
3ª cõclusio dicitur extẽsionis.

¶ De p̄sona icarnata noiat̃ v̄bũ. c. i.

P Rima cõclusio expressiõis. nã persona incarnata exprimit̃ ⁊ nominatur nomine verbi. Jo. p̄º. c. ideo vt aliqualit̃ huius v̄bi habeamꝰ notitiã tria sũt notãda.

p̄ᵒ q̃lit̃ v̄bũ inuenit̃ in nobis.
2ᵒ q̃lit̃ v̄bũ in deo ponit̃.
3ᵒ q̃lit̃ p̄prietas filiationis in verbo diuino reperitur.

Primū qualiter ꝟbū inuenit̄ ī
nobis. Circa hoc dicit Nicolaus de
lira super Jo. ꝙ vox significatiua dr̄
ꝟbū sed hoc tantūmodo large ⁊ de
nominatiue inquātū significat inte
riorē mentis cōceptū: sicut vrina dr̄
sana inquātū est sanitatis indicatiua
Et ideo sicut illud ꝓprie dicit̄ ꝟbum
quod per vocē significat̄. s. interior
m̄tis ꝯceptꝰ ſꝫ ꝙ dic̄ philosophꝰ pͦ.
ꝑyermeniaꝝ. Uoces sunt note. i. sig̃
eaꝝ que sūt in anima passionū note
Et ideo conceptus mētis interior ⁊
anteꝗꝫ per vocē designet̄ ꝓprie ꝟbū
dicit̄. Et hoc est quod dicit Augu.
.17. de trinitate. Quisqͣs potest intel
ligere verbū nō solū anq̄ꝫ sonet: ꝟbū
etiaꝫ anq̄ꝫ sonoꝝ eiꝰ imagines cogi
tatione inuoluat: potest vidē aliquā
illiꝰ ꝟbi similitudinē: de quo dictuꝫ
est in principio erat ꝟbū. Uerūtam̄
duplex est in nobis interior mentis
ꝯceptꝰ. Unꝰ imperfectꝰ ⁊ informis.
Alius formatꝰ ⁊ perfectꝰ. Cuiꝰ ratio
est: quia cognitio nostra ꝓcedit de
imperfecto ad perfectū. ⁊ ideo de re
primo habemꝰ ꝯceptū ꝯfusū ⁊ imꝑ
fectū vt dicitur p̄mo physicoꝝ. Et ta
lis ꝯceptꝰ nō dicit̄ ꝓprie ꝟbū: sed co
gitatio. procedēdo aūt peruenimus
ad habēdū ꝯceptū rei ⁊ determina
tuꝫ: q̇ a philosophis vocat̄ diffinitio
⁊ a sanctis vocat̄ ꝟbū.

Secūdū vidēdū est qualiter ꝟbū
ponit̄ in deo. Circa quod est cōside
rādū ꝙ deꝰ est intellectualis nature
vt ab omnibus taꝫ sāctis q̄ꝫ ꝓphetis
supponit̄ manifestū. Jdeo in ipso n̄
nomē ad similitudinē ꝟbi large dci
quod ē ipsa vox significatiua vel cō
ceptus rei nō est imperfectꝰ: q̇a i deo
nihil est imperfectū. Et propter hoc
vox significatiua q̄ ē sensibilis ⁊ ipa
cogitatio q̄ licet sit intellectualis: tn̄
importat imꝑfectionē: non habet ibi
locū: sed ibi ponit̄ ꝟbū inquātū im
portat cōceptꝰ rei ꝑfectū: q̇a deꝰ de
vnico actu itelligēdi seipsū ⁊ omnia
ꝯcipit ꝑfecte. ex quo patet differētia
ꝟbi nostri ad ꝟbū diuinū: q̇a ꝟbū
nostrū in mēte multiplicat̄. quot. n.
sunt ibi ꝯceptꝰ ꝑfecti vel formati tot
sunt ibi ꝟba. Jdeo aūt vnicū ē ꝟbū
q̇a nō potest esse ibi nisi vnicꝰ ꝯceptꝰ
ꝑfectissimꝰ. Jtē ꝟbū i nobis est acci
dēs ⁊ q̇d trāsiēs: q̇a n̄ semꝑ actu itel
ligimꝰ. Sꝫ i deo ē q̇dē sbstātia diui
na: q̄ n̄ patit̄ admixtionē alicuiꝰ acci
dētis seu cuiuscūqꝫ essentie creature
⁊ est ꝟbū qđ semper actu permanet
⁊ eternū.

Tertiū vidēdū est q̄liter ꝓpritas fi
liatōis i ꝟbo diuino reperit̄. Ad qđ
sciēdū est ꝙ de ratiōe filiatiōis est ꝙ
ibi sit processus viuētis a viuēte ſm
rationē similitudinis in idemptitate
nature saltim specifice: vel ꝓpinquo
genere: vt declaratū est fructu q̄rto
pn̄tis operis. ⁊ quia ꝟbū in diuinis
procedit sicut viuēs a viuēte ⁊ idēpti
tate nature nō solū specifica: sed etiā
numerali. ⁊ ꝓcedit etiā ſm rationeꝫ
similitudinis: q̇a de ratione ꝟbi est
ꝙ sit perfecta similitudo illiꝰ cuiꝰ est
ꝟbū: ideo ꝟbū in diuinis ⁊ filiꝰ idē
sunt per omnē modū. Jdeo Augu.
in. 6. li. de trinitate ait. Uerbum solꝰ
filius accipit̄. ⁊ in eo loco dicit̄ ꝟbū
quo filiꝰ. De quo ꝟbo idē dic̄ Aug.
.12. li. de trinitate. ꝙ ipsa ꝓprietas filij

personalis diuersis nominib⁹ signi
ficat. Ad exprimendā diuersimode
perfectionē eius: vt enim ostendatur
patri naturalis dicitur filius: vt ostē
datur patri per omnia similis: dicit
splēdor: vt ostēdat imaterialiter ge
nitus dicit vbū. nā vbū est secūda
persona in sanctissima trinitate.

¶ Qr incarnatio determinatur ad
solā personā vbi. Cap. z.

Secunda oclusio dicit termina
tio. Incarnatio nanq; termi
nat ad solā personā verbi ex triplici
ouenietia.

p° inquātū fili⁹ ē imago.
z° inquātū fili⁹ ē vbū.
z° inquātū est filius.

¶ Primo ouenies fuit vt sola psona
vbi incarnaret: inquātū est imago:
qa homo assumptibilis erat ratione
dignitatis imaginis: et quia fili⁹ est
imago patris magis oueniens erat
personā filij assumē creaturā.

¶ Secūdo fuit magl ouenies inquā
tū est vbū: quia fili⁹ dei ē vbū patris
sic pcedit ab ipso vt pater se manife
stat per ipsum: et ideo sicut ad intēti
onis manifestationē vbū itelligibile
copulat voci sensibili: sic ad diuinita
tis reuelationē: vbū patris ogruum
fuit vniri carni.

¶ Tertio fuit ouenies: quia fili⁹. nā
fili⁹ sol⁹ est genitus ab eterno. et sic
ogruebat deū carnē assumere: vt eēt
de genē hominū: et ita fili⁹ hominis
Et hoc est qd dicit Aug. li°. de trini
tate: quē allegat magister sententiaꝝ
di. p^a. li. tertij. Dei fili⁹ non quesiuit
nisi matrē in terris: quia iā habebat
patrē in celis. Insuper si loquamur
de incarnatione per oparationē ad
humani generis redēptionē magis
oueniens fuit filiū incarnari q̃ prez
et spiritū sanctū. Et hoc apparet si osi
derem⁹ hominis lapsum: reparādi
modū: et reparationis fructū. Primo
osiderem⁹ hominis lapsum videm⁹
q lapsus fuit appetendo dei similitu
dinē et equalitatē: que ppie filio attri
buitur Ideo quasi directe otra filiū
peccauit. Hoc est qd dicit Anselm⁹
li°. cur deus et homo. Homo p quo
erat oratur⁹: et diabolus quē erat ex
pugnaturus: ambo falsam dei simili
tudinē sumpse. ūt: vn spūalius aducr
sus filiū peccauerūt. Secūdo oside
rem⁹ modū reparationis: filio incar
nari ouenies fuit. Reparati enim su
m⁹ p mediatoris obedietiā et suppli
cationē: quod magis filio q̃ alij ope
tit. vnde Anselm⁹ li. cur deus et ho
mo. Cōuenietius sonat filiū supplica
re patri q̃ aliam personam. Tertio si
osiderem⁹ reparationis fructū incar
natio ad hoc vt simus dei filij. Si ḡ
posterius per illud habet reduci: qd
est pus in eodem genere: congruum
fuit vt filij efficeremur per illū q est
filius naturalis. vnde Aug. z. li°. de
trinitate ait. Ut homo ex deo nasce
retur primo ex ipso natus est deus.
Oportuit eniz vt per eū efficeremur
filij adoptiui: qui est filius naturalis
Hec Bonauētura. di. p^a. tertij libri.
Alex. in z°. et Tho. i. z^a. parte sūme
. q. z.

¶ Qr nulla persona icarnari potuit
nisi persona filij. Cap. z.

Tertia oclusio dicit extēsionis:
in q̃ nō imerito qrūt doctores

si alia psona a filio.s.patris vel spūs sancti potuit se extēdere ad possibili tatē incarnatiōis. Et ad hoc ꝫm do ctrinā Bonͤ.di.pᵃ.tertij li.dixerunt qdā ꝙ nulla psona incarnari potuit nisi psona ꝟbi: qđ ꝓbāt triplici rōe.
pᵃ ratio ꝑpter psonaꝝ ordinationē.
2ᵃ ratio ꝑpter psonaꝝ ꝯditionē.
3ᵃ ratio ꝑpē oppositoꝝ distictionē.
¶ Prima rō ꝑpter psonaꝝ ordinationē. Ita.n.ordinate sunt psone di uine vt nulla i eis sit admixta ꝯfusio ꝫ si alia psona icarnaret̄ nasceret̄ qdā ꝯfusio.trinitatis: quia plures filij in trinitate dicerentur.
¶ Scđa rō ē ꝑpter psonaꝝ diuinaꝝ ꝯditionē: que talis vt vna persona sit alterius similis ꝛ equalis. Si ḡ icar naret̄ vl̄ pr̄ vl̄ spūs.s.nasceret scilicet qdā eq̄litatis diminutio: dū duo filij essent in diuinitate: quoꝝ vnꝰ hēret excellētiorē nobilitatē altero.
¶ Tertia ratio ꝑpter oppositoꝝ di stinctionē. debēt nāq3 opposita esse diffinita. Si alia psona a filio incar naret̄ nasceret̄ quedā oppositorum indistinctio: qa tūc idem ꝛ vnꝰ filius genitꝰ diceret̄. Et ideo q̄ volūt hāc positionē tenē dixerūt ꝙ nulla alia psona nisi filij poterat incarnari nō ꝑpter defectū ꝫ ꝑpter dignitatē potē tie: que nō admittit aliqđ indecens. Sed dn̄s Bonᵃ.dicit ꝙ pater ꝛ sp̄s sanctꝰ potuissent incarnari absq3 aliq̄ repugnantia. potuissent.n.ferre cor pus quod sibi viueret de genere hu mano nō ꝑ viā generatiōis sic ferre corpus Eue: que non dicit̄ esse filia ade: propterea dato ꝙ alia persona assumpserit ꝟbum: adhuc ibi non ē ꝯfusio nec equalitatis diminutio ꝫ3 rē: quia ex hoc nulla fieret trāsmuta tio circa personas diuinas. Nulla.n. est ꝯfusio quādo nos credimꝰ ꝙ vnꝰ ꝛ idem est tēporalis ꝛ eternus imor talis ꝛ mortuus. Nullū.n.est incōue niens cum dicimus filium esse equa lem patri ꝛ minorem patre secūdu3 naturaꝝ dualitatem. Sufficiat itaq3 nobis ꝙ filius est icarnatus nō imp fecte nō diminute: quinimo cū omni bus requisitis ad salutem ꝛ redem ptionem nostram. Ipsum audiamꝰ: ipsum imitemur: qui pro nobis i mū do venire dignatus est: qui semper paratum se offert ad nos saluādum q̄ est bn̄dictꝰ ꝛc.

¶ Feria quīta post secūdam dn̄icam de aduētu. Sermo ꝯtra iudeos: qui dicūt xp̄m esse venturum.

Fructus vndecimus. Jesus venisse visus est.

b

Beatus qui nō fuerit. ꝛc. Generatio peruersa iu deorum hodierna die ꝑ totum orbem terrarum dispersa ꝛ disseminata i xp̄o scādali zatur: quia per ipsos de xp̄o dulcissi mo ꝛ Jesu nostro negatur: quod ꝑ nos predicatur. dicūtq3 eum ventuꝝ quem venisse omnino clarum est: Quibus tāto fortius viriliter est resi stedum: quāto ipsis fides maior exhi beri possit: quia ad eos de xp̄o fc̄a est reuelatio. Habēt eti3 xp̄i ꝓphetaꝝ documēta ꝛ sāctoꝝ3 patrum exēpla i scripturis ueteris testamēti: quaꝝ sensum peruertētes facile ignorātibꝰ persuadēt quod volūt. idcirco i p̄nti sermone ꝯtra iudeos dicturi sumus

de xp̄i aduētu in mūdum siue i carnē
cuius tempus preteritum est ⁊ non
futurum. Dicemusq; pro hac ꝟitate
sꝫ vno fructu.s. Jesus venisse visus ē
Ad cuius declarationē tres ꝯclusio
nes erūt pertractāde.

Prima ꝯclusio d̄r iudeoꝝ dispersio
siue captiuitas.
Secūda ꝯclusio d̄r eccl'ie stabilitas.
Tertia ꝯclusio d̄r miraculis claritas.

PRima ꝯclusio d̄r iudeoꝝ dispꝫ
sio seu captiuitas. Nā mille ⁊
quadrigētis ⁊.24. ānis iudei dispsi
vagāt̄ ꝑ omnes nationes mūdi.nō
habēt ciuitatē nō tēplū:nō regnum:
nec aliqꝫ āpli⁹ dignitatē. Certe si eos
interrogare voluerimus. Cur tanto
tempore seuit ira dei ꝯtra eos nesci
unt r̄ndere:nisi quia xp̄m in lege pro
missū suscipe noluerūt: ꝗnīmo ꝑsecu
ti sunt eū vsqꝫ ad ꝯdēnationē mortis
Sed vltra prophetia patriarche Ja
cob gn̄. 24.c. satis auctētice manife
stat xp̄m venisse. Cōstās tūc nascituꝝ
rū cū iudeis:qn̄ regale septrū deficeēt
ait enim. Nō auferet̄ septꝝ de iuda
nec dux de femore ei⁹: donec veniat
qui mittēdus est:⁊ ipse erit expectatō
gentiū.verūtn̄ aliqui iudei dicant ꝙ
hec auctoritas nō intelligit̄ de xp̄o:
ſꝫ de Nabucodenosor rege babylōis
qui missus est ex ordinatione diuina
cōn̄ Jerusalē ꝓpter peccata populi:
vt habetur.4.Re.25.c. ⁊ extūc defic̄
regnū iudeoꝝ.ꝗa nabuchodonosor
cepit Sedechiā regē ⁊ filios suos co
rā eo occidit: ⁊ oculos ipsi⁹ effodit:
vinxitqꝫ eū cathenis ⁊ adduxit in ba
bylonē:nec postea aliq̄s de ei⁹ stirpe
regnauit. Quib⁹ r̄ndet Nico.de lira
ꝙ hoc est falsum:quia post captiuita
tē babylonicā iudei habuerūt duces
⁊ principes: sicut patet de zorobabel
esdre.3. Et Nehemia esdre per totū
⁊ Machabeis:vt habet̄ machabeoꝝ
habuerūt etiā reges:ꝗa Johes ircan⁹
filius Symonis machabei imposuit
sibi diadema regni. Et extūc regna
uerūt filij vsqꝫ ad Herodē. Aug.aūt
.18.li.de ciuitate dei.dicit ꝙ primus
post babylonicā captiuitatē rex fuit
Aristobol⁹.ꝑmus apud iudeos Ari
stobolus assūpta diademate ⁊ rex ⁊
pontifex factus est. Nā antea non
reges ſꝫ principes ⁊ duces habuerūt
Huic Aristobolo successit Alexāder
etiā ipse rex ⁊ pontifex. Post hunc
vxor Alexandra regina iudeoꝝ fuit
eius tempore mala sunt eos secuta
grauiora Nam filij huius Alexādre
Aristobolus ⁊ Jrcanus inter se de
imperio dimicantes vires aduersus
israeliticā gentē prouocauerūt roma
nas. Jrcan⁹ nāqꝫ a romanis contra
fratrē poposcit auxiliū: venitqꝫ pom
peius preclarissim⁹ princeps: qui iu
deā cū exercitu ingressus ciuitatem
cepit: tēplū reseruauit nō deuotione
supplicis sed iure victoris. Et ad scā
sanctorum:quo nisi sacerdotē sūmū
intrare licebat: nō vt venerator: sed
vt prophanator accessit. Confirma
toqꝫ Jrcani pontificatu ⁊ subiugata
gente posito custode Antipatro vin
ctum secum Aristobolū ducit. Et ex
tunc iudei tributarij Romanoꝝ esse
ceperunt. Hec idem dicit Crisostim⁹
⁊ Eutropi⁹ li.6. Deinde post paucos
ānos Herodem alienigenam habue
rūt:quo regnante natus est xp̄s. De

quo herode dič Eusebiꝰ pͦ.li. eccle
siastice historie. ⁊ Josephus. 7. antiq̃
tatū li. ꝙ ex idumeoꝝ gēte pmū ge
nus: arabum ꝟo materni sanguinis
originē duxit: q̃a romanis iudeoꝝ
regnū sibi ꝯcedi fecit: in quo cū essꝫ
sublevatꝰ mox in supbiaꝫ erūpit: ac iu
deis plurima mala intulit. Nā ⁊ pō
tifices nō iā ꝭm generis ordinē cōsti
tuebat: ſ ignobilibꝰ q̃busdā permitte
bat sacerdotia sacrata: etiā vestē sum
mi pontificis obclusam signaculo te
nuit: nō pmissa alteriꝰ potestati usus
eiꝰ. Cū etiā vidēt ꝙ generis iudeorū
nobiliuꝫ iudicia si pmanerēt libri sibi
plurimū quererēt: nobilitatis sue oēs
libros: in quibꝰ ꝯstructio generis ha
bebatur: iussit incēdi extimans se no
bilē videri posse. Ueꝝ fuere tūc falsi
diligentes ⁊ studiosi viri: qui vel de
scriptos ex parte aliqua huiusmodi li
bros habebant domi: vel essent me
moriter habiti: ordinē ꝓsapie retinue
rūt. Ecce iā ꝙ iudei ꝯfiteri cogūtur
ꝭm ꝓphetică ꝓmissionē xp̄m iā adue
nisse: qui dū fuerūt interrogati. vbi
sunt illi sanctissimi patres israelitici ⁊
populi ꝓtectores ⁊ defensores. Ubi
Moyses qui populū captiuū dei vir
tute ex egypto de manu Pharaonis
eduxit ⁊ liberauit. exodi. iz. c. vbi Jo
sue: ſb quo illa tria magna miracula
ostēdit deus. Primū ꝙ iordanis flu
uius aquis inūdatū libeꝝ populum
dei nō sorbuit. Josue. 4. Secūdū qñ
prole clangētibꝰ sacerdotibꝰ gerico
corruit. 6. c. Tertiū qñ Josue ꝯt ho
stes pugnante sol vnius diei spatio
stetit. Josue. 4. c. Ubi iudices illi for
tissimi bellatores q̃ populuꝫ dei de
inimicis suis viriliter defenderūt. vbi
octomel qui populū dei liberauit de
manu regis syrie. iudicū. z. vbi hath
qui mohabitas circiter decem millia
omnes robustos ⁊ fortes percussit:
Eglon eoꝝ rege in suo cenaculo in
terfecto. iudicū eodē. c. Ubi Sagay
filius Sanath: qui percussit de phili
stiꝫ sexcētos viros: ⁊ israel defendit.
eodē. c. Ubi Delbora ⁊ Barath: qui
Barath credit̄ vir eius fuisse: ipsa tñ
Delbora israel liberauit de manu ia
bim regis asor. iudicū. 4. c. vbi Gede
on: qui israel liberauit de manu ma
diā terrore lapidū ⁊ tubaꝝ hostibꝰ
ſbito ꝑturbatis aliis mutuade cadēti
bꝰ: q̃ fugam ꝯuersis iudicū. 7. c. vbi
Abimelech filiꝰ Gedeon de ꝯcubina
natꝰ: qui. 70. fratres suos de patris
vxoribꝰ omnes preter vnū Joathaꝫ
qui minimꝰ abscōditꝰ erat occidit: ⁊
dñiū populi violenter arripuit. Ju
dicū. 9. c. Ubi Tholadi sachar. vbi
Tolā iahir galaithides. Ubi Jepte
filiꝰ cuiusdam meretricis: q̃ spuriꝰ a
fratribꝰ fuit eiectꝰ: tandeꝫ necessitate
vrgēte ad principatū vocatꝰ est: ⁊ ex
voto filiā imolauerit: stultꝰ in vouē
do: crudelis in soluendo. iudicū. ii. c.
vbi abossam q̃. 7. ānis israel iudica
uit. vbi arobon ⁊ zabulonites ⁊ abel
Pharatonites: q̃ hūit. 40. filios: de
q̃bꝰ iudicū. iz. c. vbi Sanson fortis:
q̃ leonem iterfecit: philisteos occidit
⁊ tot ⁊ tāta fecit contra eos. iudicū
. i5. c. ⁊. i6. c. Ubi heli ⁊ Samuel ⁊
ceteri victoriosi duces popli iudeoꝝ
Ubi reges illi potētissimi: quos pre
fecit eis deꝰ. Ubi Saul q̃ primus re
gnauit i israel ex volūtate dei vnctꝰ

est in regē a Samuele sacerdote.p°
Re.15.c. Ubi Dauid:q̄ secūdus regna
uit:q̄ permissione dei interfecit gigā
tem goliat: ⁊ demū ad paucos dies
effect⁹ est rex super populū israel.p°.
Re.16.vbi salomon fili⁹ ei⁹ q̄ regna
uit post Dauid patrē suū.secūdi.Re.2
.c.⁊ dedit ei dn̄s sapiētiā ⁊ prudētiā
multū nimis ⁊ latitudinē cordis q̄si
arenā q̄ est in littore maris.⁊ erat sa
piētior cūctis hominib⁹:possidebatq̄
omnia regna a flumine terre philisti
vsq̄ ad terminū egypti 2°.Re.4.c.⁊
edificauit domū domini: ⁊ gloriose
regnauit in vita sua. vbi Joroboaz
vbi abias. vbi assa. Ubi Josaphath
vbi ioram. vbi Ogozias. vbi ioas.
vbi Amosias. vbi ozias. vbi ioathā
vbi agam. vbi ezechias. vbi manas
ses. vbi amon. vbi ⁊ reliq̄ iudeorū
reges:q̄ vt in libris regū diffusi⁹ no
tat̄ successiue regnauerunt cū v̄tute
multa ⁊ victoria inimicorū populi
dei. Quid fecistis o iudei. Q̄d scel⁹
cōmisistis.cur dati estis in opprobriū
gentium: ⁊ abiectione cunctis genti
bus. Ubi Jsaias.vbi Jeremias Eze
chiel. Daniel. Oseas. Joel. Amos
Abias. Jonas. Micheas. Naū.aba
chuch.Sophonias. Ageus.zachari
as. Malachias.Certe nullus est qui
aliq̄d p̄phetizet de aduētu messie:q̄a
iam venit.Jpsi autē iudei clauserunt
cor suū:⁊ taz manifestissimis exemplis
apertissimis.⁊ experimentis credere
nolunt.

De ecclesie stabilitate p̄bat̄ xp̄m
iā venisse. Cap. 2.

Secunda cōclusio dicit̄ ecclesie
stabilitas.Naz a tempore xp̄i
stabilis ⁊ firma permansit: nec vlle
vnq̄ tēpestates non dico solūmodo
hereticorū:s̄ etiam potentissimorū ty
rānorum potuerūt illam submergere.
Quod vtiq̄ fieri nō posset nisi celit⁹
defenderet̄:nec de⁹ itaq̄ sibi assistēt
si mendaciter predicaret Christū ve
nisse. Quis nam explicet quot fuerūt
imperatores Romani:qui xp̄ianum
nomen delere conati sunt:⁊ ecclesiā
dei durissimis cruciatib⁹ ⁊ omni cru
delitate vexarūt. Nōnulli fuere qui
dixerunt decem tantum persecutiōes
ecclesiam passam. Unam uero no
uissimā ⁊ futurā esse dicunt ab ante
xp̄o. quos tamen Augustin⁹ impro
bat.li.18.de ciuitate dei.52.c.vbi ait.
Proinde ne illō quidem temere pu
to esse credendū siue dicēdū q̄ non
nullis visum est vel videtur non am
plius ecclesiam passuram persecutio
nes vsq̄ ad tempus antechristi quate
nus q̄ iam passa ē decimā ⁊ vndeci
mam:eademq̄ sit nouissima ab ante
xp̄o. Prima quippe cōputatur a Ne
rone.Secūda a Domitiano.Tertia
a Traiano. Quarta ab Antonio.
Quinta a Seuero. Sexta a Maxi
miano. Septima a Decio.Octaua a
valeriano.Nona ab Aureliano.De
cima a Diocliciano ⁊ Maximiano.
Plagas eniz egypti que decē fuerūt
putāt ad hunc intellectū esse referen
das:vt nouissima antechristi persecu
tio similis sit vndecime plage egypti
dū hostiliter persequerentur hebreos
in mari rubro populo dei per siccuz
transeūte perierūt. Sed ego illa re
gesta in egypto istas persecutiones
p̄phetice significatas nō eē arbitror

Quãuis ex eiſ qui hoc putant exqui
ſite ⁊ ingenioſe illa ſingula his ſin
gulis comparata videantur nõ pro
phetico ſpiritu: ſed coniecturam men
tis habendo: que aliquando ad ve
rũ peruenit: ⁊ aliquãdo fallit. Quid
enim qui hoc ſentiũt dicturi ſunt de
perſecutione qua ipſe dominus cru
cifixus eſt. In quo eam numero po
ſituri. Si autem hac excepta exiſti
mant computandum tanquaʒ ille cõ
putande ſint: que ad corpus pertinẽt
Quid agent de illa que poſtquã xpſ
aſcendit: in celum hieroſolimis facta
eſt: vbi Stephanus lapidatꝰ eſt: vbi
Jacobus frater Johãnis a gladio
trucidatus. vbi apoſtolus Petrus
vt occideretur incluſus: ⁊ per ange
lum liberatus: vbi fugati ⁊ diſperſi
de hieroſolimis fratres: vbi Saulꝰ
qui poſtea Paulus vaſtabat eccleſiã
vbi ipſe quoqʒ iam fidem quam per
ſequebatur euangelizans: qualia fa
ciebat eſt paſſus per iudeam ſiue per
alias gentes: quando Chriſtum fer
uentiſſime predicabat. Cur ergo eis
a Nerone videatur oriendum: cum
ad Neronis tempora inter atrociſ
ſimas perſecutiones: de quibus lon
gum eſt cuncta dicere: eccleſia creſcẽ
do peruenit. Hec Auguſtinus: qui
in premiſſis verbis docet eccleſiam
dei non niſi inter turbines ⁊ cõquaſ
ſationes varias floruiſſe. Et illud ꝑ
fecto mirabile vnicuiqʒ eſſe debet ꝙ
imperatores Romani: quibus mun
dus olim reſiſtere non potuit: ⁊ totũ
terrarum orbem ſue iuriſdictioni ſubie
cerunt. Non valuerunt cultum dei
delere de terra: quem nullus defen

dit armis: nec pecunia: non deniqʒ
humanis fantibus: quinimo cum im
portuna perſecutione doctores eſſe
deberent ipſi ita iuncti ſunt: vt in or
be collocaretur ſedes eccleſie ſancte
dei. O admirabilis virtus Jeſu Chri
ſti crucifixi. O incogitabilis poten
tia Chriſti: qui moriens reſurgere
voluit tertia die: ſicut promiſerat pe
tro Mathei. 16. capitulo. Super hãc
petrã: ſcilicet me Chriſtum edificabo
eccleſiam meam: ⁊ porte inferi non
preualebunt aduerſus eam. Ipſe eſt
de quo Daniel expoſuit viſionem
Nabuchodonoſor: ꝙ debebeat ſbicẽ
regnum Romanorũ. Nam Nabu
chodonoſor vt dicitur Danielis. 2°.
dixit. Uidi ſtatuam magnam: cuiuſ
caput ex optimo auro erat: pectus ⁊
brachia ex argento: venter ⁊ femur
ex ere: tibie autem ferree. Et poſt ſe
quitur. ꝙ abſciſus lapis de monte ſine
manibus: ⁊ percuſſit ſtatuam in pedi
bus eius ⁊ cõminuit: eos. Per ſta
tuam deſignantur quatuor regna.
Primum eſt regnum caldeorum qđ
deſignatur per caput aureum: ſicut
ipſe Daniel exponit. Secundum eſt
regnum perſarum: quod deſignatur
per argẽtum: quod ſbiecit ſibi regnũ
caldeorum. Deſignatur autem per
argentum: vt dicit Nicolaus de lira
quia in illo regno multum vacabãt
ſapientie ⁊ eloquentie: que ſignificã
tur per claritatem argenti ⁊ eius ſo
noritatem. Et quia regnum medorum
⁊ Perſarum primo fuerunt duo re
gna. ⁊ in vno regnabat Darius ⁊
in alio Cirus: ideo ſig̃ta fuerunt per
illa duo brachia: verũtamen quia fu

erunt coniuncti simul tempore Ciri:
mortuo Dario illa duo brachia erāt
coniuncta in pectore vno. Tertium
est regnum Grecorum: quod ſbiecit
sibi regnum persarum tempore Ale
xandri magni. Designatur autem p
es propter sonoritateꝫ: quia es inter
alia metalla est magis sonorosum.
Quartū est regnū romanoꝝ: quod
designatur per ferrū: quia ſbiecit sibi
regnum Grecorum: ⁊ omnia regna
mūdi: sicut ferruꝫ domat alia metal
la. Per lapidem autem absciſuꝫ sine
manibus designatur Christꝰ qui est
natus de ꝟgine. Per montē ꝓpter
excellentiam vite. Cui Christo ſbici
endum erat regnum Romanorum:
quod impletū fuit tempore Constan
tini: qui a beato Siluestro baptizatꝰ
Romanum imperium Christo ſbiecī
Ex quibus omnibus conuincuntur
iudei: vt velint nolint dicūt Christū
venisse: quē tñ impie negant absque
vlla rōabili causa. ⁊c̄.

Q Christum venisse probat cla
ritate miraculoꝝ. Cap. 3.

Tertia conclusio dicitur mira
culoꝝ claritas. Constat nāqꝫ
venisse Christuꝫ: quia ante aduentū
multa miracula facta sunt in veteri
lege. Nunc vero illa fieri tantum vi
dentur in Christiana religione ꝟtu
te domini nostri iesu Christi. Quāta
enim fuerint illa signa oliꝫ exhibita
patet in scripturis veteris testamēti:
ibi quidem vt Augustinus testatur
libro decimo de ciuitate dei. c. 8. Et
reperiemus qualiter Abrae ex sterili
vxore datꝰ est filius etiam ipsa rena
scēte. genesis. 26. capitulo. Ibi vxor
Loth in statuam salis conuertitur:
quia supremum preceptum contēpsit
genesis. 19. capitulo. Ibi in liberami
ne populi de egypto columna ignis
per noctem ⁊ nubis per diem iter p̄
bebat israelitico populo. exodi. 13. c.
Ibi apertum mare rubrū ostendit:
⁊ filij israel per siccū transeūt: egyptij
ꝟo in mediis fluctibꝰ inuoluūt. exo
di. 14. capitulo. Ibi Marath fluuius
amarissimꝰ imisso ligno dulcificat.
exodi. 13. c. Ibi māna parat patribꝰ
in deserto. exodi. 16. Sed quid oia
mirari temptamus: cū breuis sermo
illa explicare nequeat. Non negant
ipsi iudei que dicimꝰ: ſ; rñdere volūt
an tot signa ⁊ ꝟtutes defecerunt. ne
gāt aūt ꝙ in nostra fide nūc ꝟtutes
⁊ multo maiores inueniāt. Nos aūt
qui xp̄iani sumꝰ de dño Jesu xp̄o au
ctētice legimꝰ ꝙ miracula multa fec̄
Curādo infirmos. obsessos a demo
nibꝰ liberādo. illuminādo cecos. mū
dādo leprosos. ⁊ qđ maiꝰ ē mortuos
resuscitādo: vt dictū ē fructu. 8. pn̄tis
operis. ⁊ nō solū in creaturis rōabili
bus videt. sed etiā in insensibilibꝰ ele
mētis. hic ē qđ Greg. i omel. epipha
nie ait. Oia elemēta auctorē suū venis
se testata sūt: vt ē de his q̄si quodam
vsu hūano loq̄r: deū hūc celi eē cog
uerūt: q̄a ꝓtinꝰ stellā miserūt. mare
coḡuit: q̄a sb eiꝰ plātis calcabile p̄buit
tera coḡuit: q̄a ꝯtremuit. sol coḡuit:
q̄a lucē sui radij abscōdit. saxa ⁊ pari
etes coḡuerūt: q̄a tp̄e mortis eiꝰ scisa
sūt. Infernꝰ coḡuit: q̄a hos quos te
nebat mortuos reddidit: ⁊ tñ hunc:
quem deum omnia elementa insen
sibilia asserunt adhuc in infidelium

iudeoꝝ corda deū nimie eē cogscūt ⁊ duriora saxis ad penitentiā scindi nolūt:eumqꝫ confiteri abnegāt: quē elementa: vt diximus aut signis: aut uisionib⁹ deū clamant. Hec ille. Nec ipse xp̄s tm̄ ista miracula fecit. ſꝫ in eius virtute ⁊ nomine in ecclesia vsqꝫ in hodiernuꝫ diem multipliciter fiunt. Sic patet in apostolis.in mar tiribus. in ꝟginib⁹. ⁊ in ꝯfessoribus: de quib⁹ omnib⁹ ⁊ tāta dici possūt: ꝙ vix aliquis illa queat aut legere: aut audire. verūtamen illud vnum ē miraculū miraculoꝝ omniū clarissi mū ac mirabilissimū: ꝙ mūd⁹ totus per apostolos in xp̄m crediderit. nec fuerūt rustici simplices vulgares: ⁊ idiote qui in xp̄m crediderunt. Sed viri litterati docti:periti:philosophi: oratores: principes: reges ⁊ impera tores. vnde Aug. 22. libro de ciuita te dei dicit. c. 5. Jā ergo tria sunt in credibilia: que tamē facta sūt. Jncre dibile est xp̄m resurrexisse in carnem ⁊ in celū ascēdisse cū carne. Jncredi bile est mūdū tā rē incredibilē credi disse. ⁊ icredibile est homines igno biles infimos paucissimos peritos tā incredibilē rē:tā efficaciter mūdo: ⁊ in illo etiam doctis persuadere po tuisse. Hoꝝ triū incredibiliū p̄mo vo lūt isti cū quib⁹ agim⁹ credere. secun dū cogūt tenere: quod tamē nō inue nim⁹ vn̄ sit factū:si n̄ credūt. Tertio certe resurrectio xp̄i ⁊ i celū cū carne cū qua resurrexit ascēsio toto mūdo iā predicat ⁊ credit. Si credibilis nō vn̄ toto terraꝝ orbe iā credita est: ſꝫ multi nobiles sblimes ⁊ doctos se vi disse dixerūt: ⁊ qđ viderūt diffama re curarūt eis mūdū credidisse non mirꝝ est. Sed istos adhuc crede. e nolle duꝝ est. Si aūt est ꝟuꝫ ē pau cis obscuris minimis ⁊ indoctis ea se uidisse dicentib⁹ ⁊ scribētib⁹ credi dit mūd⁹: cur pauci obstiatissimi q̄ re manserūt ipi mūdo iā credēti adhuc usqꝫ nō credūt. q̄ ꝓpterea miro exi guo ignobiliū infimoꝝ imperitoꝝ hominū credidit: q̄a tā in cōtēptibi lib⁹ testib⁹ multo mirabili⁹ diuinitas persuasit. Eloquia nāqꝫ persuadētiū q̄ dicebāt mira fuerūt. Sꝫ facta nō nulla. Qui. n. xp̄m in carne resurre xisse. ⁊ cū illa ad celū ascēdisse nō vi derāt id se uidisse narrātibus non lo quētib⁹ tm̄ ſꝫ mirifica faciētib⁹ signa credebāt:homines q̄ppe quos unius uł ut multū duaꝝ liguaꝝ esse noue rāt repēte linguis omniū gentiū lo quētes mirabiliter audiebāt. Claudū ab uberib⁹ matris ad eoꝝ ꝟbū i xp̄i nomine post. 40. ānos i culmē ꝯsti tuisse. sudaria de corporib⁹ eoꝝ abla ta sanādis languētib⁹ profuisse. i uia qua fuerūt transituri positos ī ordie inumerabiles morbis uariis labo rātes: ut ābulantium super eos um bra transiret continuo solere recipe re: ⁊ alia multa i xp̄i nomine per eos facta. Postremo etiam mortuos re suscitasse cernebant: que si ut legunt gesta esse concedunt. Ecce ꝙ incredi bilia tribus icredibilibus addimus ⁊ ut credatur unum incredibile qđ carnis resurrectionem atqꝫ in celum ascēsionem dicitur multorum incre dibilium tanta tristitia congerimus. ⁊ nōdū ad credēdū horrēda duritia incredulos flectim⁹. si ꝟo per ap̄los

vt eiſ crederet xp̄i reſurrectionē atq̄
aſcēſionē predicātib⁹ etiā iſta mirabi
lia facta eſſe nō credunt. Hoc vobis
vnū grande miraculū fuit: q̄ iā terrarū
orbis ſine miraculis credidit. Hec
Aug. Cōfūdāt ergo iudei duri q̄ xp̄ia
nā fidē impugnāt: qui xp̄m veniſſe
negāt: quē vt prediximus tot quotidi
ana miracula declarāt ⁊ manifeſtāt
O iudei olim a deo predilecti: modo
dati in opprobriū gētiū reuertimini
reuertimini: deponite veſtrā duritiē
Currite ad xp̄m deſideratū: qui iam
venit manſuetus: qui eſt bn̄dictus in
ſecula ſeculorum am̄.

¶ Feria ſexta poſt ſecūdā dn̄icā de aduentu. Sermo de fide firma: qua debem⁹ xp̄m cognoſcē.

Fruct⁹ duodecim⁹. ieſuſ fide cognoſcit.

Beatus qui non .zc. Ma
gna eſt multitudo ⁊ nu
merus pene incredibilis
eorū q̄ eterno bono priuā
tur: quoniā in xp̄m credere noluēt: cū
tamē vt apoſtolus docet ad hebre.
.ii.c. Sine fide impoſſibile eſt placē
deo. Ipſa nāq̄ eſt q̄ intellectum illu
minat: menti veritatem reſerat: ⁊ ani
mam ducit ad notitiam eorum que
neceſſario ſunt cognoſcēda pro ob
tinenda ſalute. Et quoniā qui ſine
fide viuit: vel in aliquo articulo fidei
dubitat: vt notat de hereticis .c. p̄°.
infidelis ſimpliciter eſt: idcirco in pre
ſenti ſermone dicturi ſumus contra
eos qui fide integra carent: ⁊ in xp̄o
ſcādalizant. pro quibus ponemus
fructum: qui eſt Ieſus fide cognoſci
tur. ad quod plene intelligēdū tres
cōcluſiones erūt notāde.

Prima cōcluſio dicit paruitas.
Secūda cōcluſio dicit ſublimitas.
Tertia cōcluſio dicit ſuperioritas.

¶ Q̄r proprio ingenio xp̄m cogno ſcere nō poſſum⁹. Cap. p̄mū.

Prima cōcluſio dicit paruitas.
In qua ſcire debemus q̄ xp̄m
cognoſcere poſſumus: ingenio autē
proprio nequaq̄: quia intellect⁹ rati
onalis creature per ſemetipſum ad
talem notitiā extendere ſe minime
valet: niſi diceremus ſecūdū eoſ qui
fatui ſunt: q̄ intellectus noſter intelli
git omnia: quod eſt falſum: ⁊ falſitaſ
iſta haberi poteſt ſi cōſidēt q̄ triplex
eſt intellectus.

Prim⁹ eſt itellect⁹ diuin⁹.
Secūd⁹ eſt itellect⁹ angelic⁹.
Terti⁹ eſt itellect⁹ human⁹.

¶ Prim⁹ intellect⁹ ē diuin⁹: de quo
dicit Scot⁹. di. z. p̄mi li. q̄ eſt infini
t⁹: ⁊ cognoſcit quodcūq̄ itelligibile
perfectiſſime: quātū eſt intelligē in ſe
⁊ vnico actu intelligēdi: intelligit ſe
metipſum ⁊ omnia: qd̄ etiā late de
clarat ſcūs tho. li. p̄mo cōtra gētiles
.c. z4. Et q̄a eē dei ē infinitū ipſe ſo
lus ſe infinite intelligit.

¶ Secūd⁹ itellect⁹ eſt angelic⁹: de q°
dicit Dio⁹. q̄ eſt dei formis in li. de
diuinis nominib⁹. Qd̄ igit dicit ſm
Bonauētura in .z°. di. z. nō q̄a hʒ di
formitatē quā hʒ itellect⁹ glioſus p
aſſimilationē: q̄ ē in ſtatu pfc̄o: ſ q̄a
ſine ſuſceptōe ſpērum p illd̄ qd̄ hʒ in ſe
actu cognoſcit. ex h̄ āgel⁹ nāli cogniti
one diuinā eēntiā vidē n̄ potuit ī cla
ritate ſua: tū q̄a h̄ cognitio ē p̄mum
p̄miū: q° hito mēs creata q̄eſcit tāq̄
beata ⁊ perfecta ſm illud Io. 17. hec

est vita eterna: vt cognoscat te deū verū. Angel⁹ aūt nō erat per naturā beat⁹: ideo hoc premiū nō obtinuiss; nisi gratuita dei īfluētia: tū qa diuia lux ꝓpter sui eminentiā est inaccessi bilis virib⁹ omnis create nature: ꝛ per quandā benignitatis considera tionem facit se cognosci: ita ꝙ in illa cognitione cognoscēs multo plus ꝗ̄ agat ꝗ̄ agat. Illa aūt ꝯdescētio bo nitatis quid gratuitū dicit. sed ꝯstat ꝙ nō dicit diuine essentie humiliati onē: quia nō potest minorari. Sed dicit alicuius radij gratuitam immissi onē ꝓpt̄ quā anima clare cognoscit cum est immissio abundātia sicut est in gloria. Tū etiam nō vidit angelus naturali cognitione diuinā essentiaz qa ꝓximior ē deo anima hñs grām: ꝗ̄ sit angelus habens sola naturalia Anima ꝟo exuta cum gratia nō po test aspicere lucem sūmam: nisi adiu uetur per gloriam: sicut patet de his: qui fuerunt in limbo: ꝛ de aliis qui sunt in purgatorio. A fortiori ergo nec angelus habet cognitionem de diuina essentia per naturā ꝗ cogno uit deum tunc in puris naturalibus cōstitutus ꝗ speculū clarum ꝛ per ve stigium. Hec Bonauētura. vbi ostē ditur limitatio intellectus angelici quia non extendit se ad intelligēdū: essentiam diuinaz eo modo quo in telligit intellectus diuinus. Insuper etiam in gloria vnus angelus magꝭ intelligit ꝗ̄ alius: quia vt vult Dio nysius libro de angelica ierarchia di uine reuelationes fiunt a deo in mē te ipsi seraphi: illas vero cōmunicat cherubin ꝛc. ꝺm ordinem superiores inferioribus reuelant.

Terti⁹ intellect⁹ dicit͛ humanus: qui lōge inferior est intellectu ange lico: quia cognoscit res in tēpore: ꝛ cū discursu ratiocinādo: qui tam̄ nō est equalis in omnibus ratione vtēti bus: ꝙ vn⁹ scit ꝛ alter ignorat: nec ꝟo aliquis ita est doct⁹: quin possit fieri doctior ꝺm illud ꝓuerbiorꝫ p°. Audiēs sapiēs sapiētior erit. vñ refert Hieronymus de Themistide philoso pho. scribēs ad Nepotianū: ꝙ exple tis. 127. ānis mortē appropiquaret: amare flebat dicēs se tunc vitam mi grare cum aliquid scire īciperet. quo exēplo monemur ꝙ nō nisi fatue exi stimāt quidam omnia scire: ꝛ illa pu tāt esse que ipsi ītelligūt: ꝛ que nō in telligūt omnino nō esse. Isti sūt qui spū superbie ꝛ presumptiōis decepti a veritate fiūt alieni. quia vt dic͛ ber. super cāticam. Superbo oculo ꝟitas nō videt͛. Et Aug. 7. ꝯfessionum se metipsū de tali errore redarguit di cēdo. Timore meo superabar a te: ꝛ nimis īflata facies claudebat oculos meos. Cū itaqꝫ oīum itellectus non sint equales: oportet vt oēs fīd iuuet͛

Q ea q̄ de xp̄o cogscūt͛ sūt ita sb limia ꝙ excedūt capacitatē hūanam iō nccē ē ip̄z fide cognoscē. Cap. 2.

Secunda ꝯclusio dr̄ sblimitas. Necē. n. ē Ihz fide cogscē: qa ea q̄ de ipso dicūt͛ adeo sūt sblimia: vt hois nāłē capacitatē excedāt: qđ ꝯueniēs eē oñdit scūs thō. in p° cōt͛ gētiles triplici rōe.

Primo rōe ordinationis.
Secūdo rōe ꝯditiōis.
Tertio rōe delectationis.

Primo equidē decēs fuit hominibus ꝓponi fide tenenda ea que supnaturales animi vires sunt: ratione ordinationis. Ordinamur enim ad alterius bonū q̄tuz experiri in p̄nti vita possum⁹. Ideo oportuit mente euocari in aliquid altius q̄ ratio nostra pertingere in presenti possit: vt sic discamus in illud studiū tendere: quod totū statum presentis vite excedit. Et hoc precipue xp̄iane religioni competit: quia singulariter dona ꝓmittit. Secūdo hoc conueniens fuit ratione vere cōditionis ad dei .s. veriorē cognitionē habēdā. Tunc eniz solū deū in presenti vere cognoscim⁹ quando ipsum esse credimus supra omne illud: quod de deo cogitari potest ab homine: eo ꝙ naturalem hominis cognitionē diuina sb̄stātia excedit. Tertio illud fuit conueniens ratione delectationis. Notitia nāq̄ diuinorum est valde delectabilis. vn̄ Aristoteles .io. ethicoꝝ contra Symonidē philosophū dicit ꝙ homo ad diuina ⁊ imortalia trahere debet quantū potest. Hec Symonides dimittenda homini dicebat superioꝝ cognitionē ⁊ humanis reb⁹ ingeniū applicandū: inquiēs humana sapere hominem ⁊ mortalē mortalia. Et .ii. de animalibus Aristoteles dicit. Quanuis paꝝ sit quod de sb̄stantiis superioribus percipim⁹: illud tamen modicū est magis amatum ⁊ desideratum omni cognitione: quā habem⁹ de sb̄stātiis inferioribus. Et i z°. de celo ⁊ mūdo ait. ꝙ cū de corporib⁹ celestib⁹ questiones solui possunt conuenit audiri vt vehemēs sit gaudiū eius ostēdēs ꝙ de reb⁹ nobilissimis quātūcūq̄ impfecta cognitio maximā pfectionē ⁊ delectationē anime confert: m̄lto magꝭ cognitio diuinoꝝ secretoꝝ fide hri pōt.

Quod confirmādo p̄dicta fidei sacm̄eta supāt altitudinē hūani itellect⁹. c. z.

Tertia conclusio dicit̄ sup̄ioritas: Ex dictis in p̄ma ⁊ in z^{a}. conclusione constare potest ꝙ fidei sacramēta superāt altitudinē humani intellect⁹ ideo ratione demōstratiua cognosci nō p̄nt. Oportet ḡ vt simplici fide ⁊ nō sophystica interrogatiōe suscipiant̄. Jō scribit̄ p°. c. de sum. tri. ⁊ fide ca^{a}. vbi glo. ait. Ubi ratio deficit supplet fides. Et hoc Jlari⁹ li°. de trinitate ait. Neq̄ celestiū per se sciētiā hūana imbecillitas consequat̄. Nā inuisibiliū intelligētiā ipse sibi corporaliū sens⁹ assumat. nō. n. sb̄eāt ingenia nostra in celesti sciētia: neq̄ in cōp̄hēsibilem virtutē sensu a quo infirmitas nostra concipiet: neq̄ ꝓpt̄ h̄ irrōnabilit̄ mouet̄ q̄ sic credūt ea q̄ hūana rōe supāt: qa vt iq̄t vgo de s͡co victore. li. i. z^{a}. p̄te .c. z4. circa credēda. Quedam sūt ex rōe vt nc̄cia. q̄dā s̄m rōez vt ꝓbabilia. q̄dā cō̄ rōez vt icredibilia. q̄daz supra rōez vt mirabilia ⁊ diuīa. Si vero dicat̄ ꝙ ī fide p̄pōit̄ aliq̄d qd̄ ē: ⁊ ad h̄ rōne iuestigari possit: vt deū eē: ⁊ tn̄ credēdū nobis. Tradē ḡ salti ad illar notitia vr̄ eē supflua. Sz ad hoc r̄ndz. s. tho. z^{a} z^{e}. q. z. ꝙ nc̄ciū ē hoīs accipe p modū fidei etiā q̄dā q̄ nāli rōe ꝓbari p̄nt triplici rōne.

Primo ꝓpter ḡnalitatē.

Secūdo ꝓpter velocitatem.

Tertio ꝓpter securitatem.

¶ Primo per gn̄alitatē: quia notitia fidei potest esse gn̄alior ⁊ cōmuuior. Si enim ꝟitas solūmodo ratiōi inquirēda relinqueret̄ paucis hominibꝰ inesset noticia dei. Secūdū .n. th. pᵒ cōt̄ gētiles. c. 4. a fructu studiose inq̄sitionis q̄ est inuētio ꝟitatis plurimi impediūt̄ tribus de causis. Quidam propter cōplexionis dispositiōez ex qua rustici sunt naturaliter idispositi ad sciendū. vnde nullo studio ad hoc pertingere possent: vt sūmum gradū humane nature attingerent in cognoscēdo tantū cōsistit. Quidaz ꝟo impediūt̄ necessitate rei familiaris. oportet enim inter homines eē aliquos q̄ tpalibꝰ insistant: q̄ tantuz tempꝰ in ocio cōtēplatiue inq̄sitionis nō possent expendere: vt ad sūmum fastigiū humane inquisitionis pertigerēt: scilicet dei cognitionē. Quidā impediūt̄ pigritia. ad cognitionem autem de deo ratio inuestigari pōt multa precognoscere: ⁊ cōferre totius philosophie consideraᵒ ad dei cognitionem: propter quod metaphisica que circa diuina ꝟsatur inter philosophie partes vltima remanet adiscenda.

¶ Secūda ratio est propter velocitatem. Uelocius enim fide q̄ȝ ratione cognoscitur deus ⁊ citius: nam qui ad predicte ꝟitatis cognitionem ratione vellent peruenire: vix post longum tempus id possent attingere: tum ꝓpter multa que exigunt vt dictum est: tum etiam propter q̄ tēpore iuuentutis diuersis passionuz motibus anima fluctuans non est apta ad tam alte ꝟitatis cognitionem: s̄ in quiescendo fit prudēs ⁊ sciens: vt habet̄. 7. physicoꝝ.

¶ Tertia ratio est propter securitatē q̄a notitia fidei est securior inuestigatione rationis. Plerūq̄ȝ enim tali inuestigatione falsitas admiscet̄ ꝓpter debilitatē intellectꝰ nostri in iudicādo: ⁊ fantasmatum permixtionem. Et ideo oportuit vt per viaz fidei veritas elucescat. Hic apostolꝰ ad ephe. 4. Non amplius ambuletis sicut ⁊ gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habens intellectum. Igit̄ humiliet vnusq̄sq̄ȝ mētem suam: deponat omnes curiositates animi sui: abiciat quilibet presumptionem a se: ⁊ cum de Christo senserint fide videāt ratiōis ꝓpter debilitatem. Sed nescio quid dicā de multis qui nullo argumento flecti possunt ad credendum que credere obligātur: Nisi forte dixerim eos excecatos: vel superbia: vel auaritia: vl̄ luxuria: a quibus cum abstinere nolūt id credūt quod nolūt. Hoc nāq̄ȝ solum esse videtur malorum refugium q̄propt̄ nos ꝟā fidē habeamꝰ vt ꝛc̄.

¶ Sabbato pᵒ secūdā dn̄icā de aduetu. sermo de seq̄la xp̄i cōtra falsos xp̄ianos q̄ dicūt se in xp̄m credere: quem tamen in operibus virtutum nolunt imitari: vnde in ipso merito scandalizantur.

Fructus tredecimus Jesus est imitādus.

B Eatus qui nō fuerit scādalizatꝰ in me. vbi supra Ostendūt quidam se in hac vita Christū diligē: ⁊ in ipsum credere verba ꝓferendo:

ſed operibus ipſi ↄtrariāt:quoniam
vitioſiꝰ viuūt:vitaqꝫ eoꝝ eſt reprehē
ſibilis valde: atqꝫ in his que dei ſūt
difficillime fatigantur: adeo vt nec
pro minimo laborare velint pro adi
piſcenda gloria ſanctorum. Pro qui
bus in preſenti ſermone dicturi ſu
mꝰ de ſeq̄la Jeſu xp̄i:quia vt Jaco.
ait 2°.fides ſine operibꝰ mortua eſt.
Non enim prodeſt nobis Chriſtum
ↄmendare:chriſtuꝫ laudare: xp̄m ma
gnificare:xp̄m nominare: niſi ipſum
fuerimꝰ imitati. Erit itaqꝫ huius ſer
monis fructꝰ. Jeſus eſt imitandus.
nam qui ipſuꝫ ſequit̄ in illo nō ſcan
dalizat̄. Pro cuius declaratione cir
ca ſequelā tres ↄcluſiones nōb.mꝰ.

Prima ↄcluſio dicit̄ determinatio.
Secūda ↄcluſio dicit̄ ratio.
Tertia ↄcluſio dicit̄ retardatio.

¶ Q̄ debemꝰ imitari xp̄m:nō tn̄ in omnibus: ſed ex neceſſitate in obſeruātia humili diuinorum conſiliorū ⁊ operibus perfectionū. Cap.p̄mū.

Prima ↄcluſio dicitur determi
natio: in qua expedit ſcire in
quo debemus chriſtū ſequi: de quo
Petrus ait.p̄ma pe.2.c.Xp̄s paſſuſ
eſt pro nobis: nobis relinquēs exē
plum vt ſequamur veſtigia eius. Et
Jo.p̄a canonica.2.c.q̄ dicit ſe i xp̄m
credere: debet ſic̄ ille ambulauit am
bulare.⁊ Lactātiꝰ.7.li. diuinaꝝ iſti
tutionū ait. Pr̄ eni nr̄ ac dn̄ſ qui ↄdi
dit firmauitqꝫ celuꝫ: q̄ librata magni
tudine ſua terrā vallauit montibus:
mare circūdedit omniaqꝫ diſtinxit:⁊
quidq̄d eſt in hoc ope mundi ↄflauit
atqꝫ perfecit:q̄ ꝓſpectis erroribꝰ ho
minū ducē miſit:vt nobiſ iuſtitie viā
panderet:hūc ſequamur omneſ:hūc
audiamus: huic deuotiſſime parea
mus: quoniā ſolus vt ait Lucretius
veridicis hominū purgauit pectora
dictis.⁊ finē ſtatuit turpitudinis ac
timoris. Expoſuitqꝫ ſūmum bonuꝫ
quo tendimus omnes. Qui formaꝫ
atqꝫ viā monſtrauit limite paruo.
Quo poſſemus recto tendere curſu:
nec tātū oſtēdit:ſed preceſſit:ne quiſ
difficultatis gratia iter veritatis er
raret. Et Greg. dicit. Qui xp̄i veſti
gia dedignāt̄ ſequi:qua temeritate
ſperāt ad eius claritatis gaudia ↄſe
quenda peruenire. Et in euangelio
ipſe ſaluator ait Jo. 8. Ego ſum lux
mūdi.qui ſequit̄ me non ambulat in
tenebris. Et Jo.13. Exēplū eni dedi
vobis vt queadmodū ego feci: ita ⁊
vos faciatis. Ex his remanet dubiꝰ
animꝰ:in quo debeamus xp̄m ſequi.
cū xp̄s ieiunauerit q̄draginta diebꝰ
⁊ quadraginta noctibus: ⁊ nihil co
medēs vel bibēs in deſertum locum
ad orādū acceſſit:animā ſuā perſecu
toribꝰ obtulerit: fueritqꝫ multiplicit̄
illuſus:flagellatꝰ:ↄtumeliis affectus
in medio duorum latronū crucifixꝰ
⁊ tandem ꝓ nobis cū amaro dolo
re mortuus. Si ergo debemus xp̄ꝫ
ſequi: nunquid ⁊ talia pati obligati
ſumus: ita vt aliter non poſſumus
ſaluari. Ad quod eſt notandum ad
illud quod dicit dominus Bonauē
tura in quodam libello ſuo: qui inti
tulatur apologia pauperū. ꝙ in xp̄o
contingit tres actus reperire.

Primi reſpiciūt dignitatē excellētie.
Secūdi defenſionē miſericordie.
Tertij informationē perfecte vite.

Lact.

¶ Primi actus respiciunt. zc̄. vt illi
in quibus apparet sua potentia: sicut
opera miraculosa: vel sapientia: sicut
reuelatio secretorum cordis: vel seue
ritas iudicij: sicut eicere vendentes ⁊
emētes de templo ⁊ dura increpati
one ferire pontifices: vel auctoritas
officij: sicut sacramentum perficere: ⁊
manꝰ imponere ⁊ relaxare peccata:
que omnia xp̄o conueniūt: quia ipse
erat deus omnipotēs: erat homo ⁊
ex grā vnionis omnia sciens: erat iu
dex ⁊ erat sacerdos.
¶ Secūdi actus in xp̄o respiciūt de
fensionē misericordie. Nam xp̄us
nuptiis iterfuit: comedit cū pharisco
Luce. 7. in domo Marte ⁊ Magda
lene multotiēs hospitabatur: ibiqꝫ co
medebat apposita sibi cibaria. Come
dit cū publicanis ⁊ peccatoribus: vt
patet Math. 9. qm̄ comedit i domo
mathei pharisei murmurabāt. quare
cū publicāis ⁊ peccatoribꝰ māducat
magister vester. Habebat tunicā in
cōsutilē nō rudam nec ispidā: ɔuersa
batur inter homines: ⁊ tandē cū pec
catoribꝰ loquebat̄. Que omnia ipse
fecit nō tāqꝫ imperfectꝰ sed perfectissi
mus. Et huiusmodi opera in ipso im
perfecta nequaqꝫ fuerunt: quia sicut
bonuz dicit̄ tripliciter: ita ⁊ malum
tripliciter. Est eniz bonū ex genere
vt actꝰ trāsiēs super aliquā materiā
vt ire ad ecclesiā: dare elemosinā: ie
iunare. ⁊ similia. Est enim bonū ex
circūstātia. sicuc actus circūstātiis de
bitis informatꝰ: vt occidere hominē
quia lex ita iubet. Est etiā bonū ƀm
se: qđ nullo modo potest fieri male:
vt est diligere deum est opꝰ ỽtutis
ex radice caritatis procedēs. Simi
liter malū aliquod est ex genere vt
actꝰ trāsiēs super materiaz indebitā:
sicut occidere hominez. Et malū ex
circūstātia sicut dare elemosinā diui
ti pauperibus fame perire permissis
⁊ ieiunare ꝓpter inanē gloriā. Et est
malū secūdū se: ⁊ est illud quod nul
lo modo potest fieri bonū: sicˉ odire
deū: ⁊ de facto peccare mortaliter.
Perfectū etiā quoddā est ex genere
vt est actꝰ difficilis ⁊ excellēs: vt sicˉ
omnia relinquere ⁊ religionē intra
re. Quoddā est ꝑfectū ex circūstātia
vt est actꝰ debitis circūstātiis ⁊ per
fectionibus informatus: sicut fugere
mortē non ex infirmitate ⁊ timore: ꝫ
pro meliori bono: vel quātū ad deū
vel quantū ad proximū. Tertiū est
perfectū ƀm se: sicut est actus difficil̄
a ỽtutis sublimitate procedens: vt est
motus feruide ⁊ tacite dilectionis ī
deū. Imperfectū etiā dicit̄ triplicit̄
Quoddaz est ex genere: vt est actus
facilis ad quē humana infirmitas ⁊
fragilitas ɔmuniter iclinat̄: vt possi
dere pecuniā: habere vxorē ⁊ similia
Quoddā est ex circūstātia: vt dimit
tere vestē ꝓpter fugā maioris iīurie.
Tertiū est imperfectum ƀm se: quod
nullo modo potest stare cū euāgeli
ca perfectione: vt fugere paupertatē
Ex his omnibꝰ apparet: ꝙ bonū ƀm
se nūqꝫ potest esse imperfectū: ⁊ econ
uerso. Sed bn̄ bonū ex genere pōt
esse malū ex circunstantia: sicut qui
iret ad ecclesiā vt placēt hominibus
⁊ nō deo: ⁊ malū ex gn̄e potest esse
bonū ex circūstātia: sicut si vides ma
leficos ƀm iura aliquem occidere in

34

lites ad Siluestrum: quos videns ad
palmam martirij credidit se vocari.
Presentatus tandem Constãtino au
diuit per ordinem sui somnij visionez
Percunctanti Constantino q̄ essent
qui sibi apparuerunt duo dij. R̄ndit
Siluester esse xp̄i apostolos ⁊ non
deos: quoꝝ imagines offerri fecit
Siluester. ⁊ imperator tales esse qui
sibi apparuerũt exclamauit. Siluester
autem eum cathacuminũ fecit: ⁊ vni⁹
ebdomade ieiunium indixit sibi ⁊ car
ceres aperiri monuit. Cumq; in aquã
descendisset baptismatis: ibi admira
bilis splendor emicuit: sicq; mundus
exiuit: ⁊ Christum vidisse se asseruit.
Ipsa autem die sui baptismatis mul
ta ad ampliationem cultus Christi
statuit ⁊ ordinauit.

Tertio voluit beatus Siluester
pascere populum temporali subsidio.
Scribit nanq; in sua legẽda q̄ omni
um orphanoꝝ viduarum ⁊ paupe
rum nomina in scriptis habebat: ⁊
omnibus necessaria ꝓuidebat. Fecit
etiam multa signa viuens qui mũdũ

ſprcuerat cum omnibus ſuis ꝯcupi
ſcētiis. vnde ⁊ in fine obdormiuit in
domino: cuius exemplo animentur
ſacerdotes: vt ſicut illi conformes ſūt
in dignitate: ita eum ſtudeant ſequi
in vite ſanctitate: ⁊ tāto magiſ omneſ
obligantur deo ad rōnem reddendā
qui ab ipſo plura dona ſuſcipiūt: qui
ideo multo plura contulit beneficia:
vt ei ſeruientes magis exaltentur in
regno celorum: in quo viuit ⁊ regnat
Amen.

¶ In circūciſiōe domini. Sermo de
eadem.

Fruct⁹. 27. Jeſus eſt circunciſus.

POſtq̄ ꝯſūmati ſunt dies
octo: vt circūcideret puer
Scribunt hec v̾ba Luce
2. in euāgelio hodierno.
Ardens amor Jeſu xp̄i ipſi⁹ mentem
pulſare cepit in etate tenella ⁊ infātili
vt humano generi paſſionis ſue bn̄fi
cia inciperet diſpenſare. Octaua nāq̄
die ſanguinem ſuum fudit in circūciſi
one apparens velut peccator circūciſi
onis legi ſbiectus: cum tamen mund⁹
fuerit ab omni ſorde: ⁊ quia pium eſt
contemplare: qualiter puerulus ille la
chrimis circūcidebatur. idcirco in p̄nti
ſermone de ipſiuſ circūciſione dicturi
ſumus ꝓponentes fructū. Jeſus eſt cir
cūciſus. Ad cuius explanationē tres
ꝯcluſiones notabim⁹.

Prima dicitur inſtitutiōis.
Secūda dicit obſeruationis.
Tertia dicit ceſſatiōis.

¶ De ſacramētū circūciſiōiſ ꝯueniēter
fuit inſtitutum. c. i.

PRima ꝯcluſio dicitur inſtitutio
nis. in q̄ dicim⁹ circūciſionis ſa
cramentum ꝯuenienter fuiſſe inſtitu
tum: quia deus illud inſtituit: ſicut p3
gn̄. 17. vbi ſic habet. Circūcidetur ex
vobis omne maſculinum. ⁊ circūcide
tis carnem prepucij veſtri: vt in ſignū
ſit federis inter me ⁊ vos. Infans. 8.
dierum circūcidetur ex vobis. Huiuſ
autem inſtitutionis ꝯueniētia triplex
aſſignat a Ricar. in. 4°. di. p̄ma.

Prima eſt ratione morbi.
Secunda eſt rōne temporis.
Tertia eſt rōne perſone.

¶ Prima ꝯueniētia eſt rōne morbi:
contra quem circūciſio fuit inſtituta:
qui erat peccatu3 originale: qđ exp̄ſſe
repreſentabat circūciſio: ⁊ quantum
ad cauſam ⁊ quantum ad ꝓceſſum: ⁊
quantum ad effectum. Contrahitur
enim peccatum originale per pagati
onem libidinoſam: quam cauſam cir
cūciſio repreſentabat rōne morbi: in
quo fiebat: quod deſeruit virtuti ge
neratiue. ꝓceſſus autē fuit circularis
quia vt dicit Anſelmus: p̄mo pſona
corrumpit naturam; deinde natura p
ſonam: quem ꝓceſſum repn̄tabat cir
cūciſio per circularem pellicule inciſi
onem. Effectus vero eſt ſuperabūdā
tia ꝯcupiſcentie quē repn̄tabat ſupflui
tas pellis ab iſto membro ſeparabat
ideo nō tantum cauſam ⁊ ꝓceſſus ⁊
effectus originalis peccati: ſed etiam
deletio per circūciſionē ſignificabat

¶ Secunda ꝯuenientia fuit ratione
temporis in quo inſtituta fuit circūci
ſio. Erat enim quedam diſpoſitio ad
ſuſcipiendum legem: ⁊ ad diſtinguen
dum populum cui danda erat lex ab
aliis populis: ⁊ ideo anteq̄ lex daret
d3 iſtitui. Fuit etiā inſtituta circūciſio

ad significandum populum qui esset
deo peculiaris: ⁊ sui cultus mancipan
dus. ¶ Tertia conuenientia dicitur rōe
persone: cui data fuit: qui fuit Abraā
de quo dicitur genesis .17. Tulit autē
Abraam Jsmaelem filium suum: ⁊
omnes vernaculos dom⁹ sue: vniuer
sosq; quos emerat cūctos mares ex
omnibus vilis domus sue: ⁊ circūci
dit carnem preputij sui: ⁊ Jsmael fili⁹
eius .12. annos. impleuerat temp⁹ cir
cūcisionis sue. eadem die circūcisus ē
Abraam ⁊ Jsmael filius eius: ⁊ oēs
viri domus illius tam vernaculi: q̄z
emticij ⁊ alienigene pariter circumcisi
sunt. Jpse equidem Abraam post di
luuium spūalius se diuino cultui mā
cipauit. vñ exiuit de terra sua: ⁊ de co
gnatione: vt se ab infidelibus separa
retur. vt habetur genesis .12. capitulo
a quo erat descensurus: qui populus
legem scriptam erat suscepturus: ⁊ de
cuius genere nasciturus erat sanctus
sanctorum. ⁊ hoc est quod dicit apo
stolus Ro. 4. Signum accepit circū
cisionis signaculum iusticie fidei: que
est in preputio. vt sit pater omnium
credentium: huic dixerat de⁹ genesis
.12. capitulo. Faciam te in gentē ma
gnam ⁊ benedicam tibi: ⁊ magnifica
bo nomen tuum: erisq; benedictus.
Benedicam benedicentib⁹ tibi: ⁊ ma
ledicā maledicētibus tibi: atq; benedi
centur vniuerse cognationes terre. de
cuius ꝓmissionibus a deo sibi factis
plenius suo loco dicemus. nunc ꝯo
hoc tantum ꝯcludere sufficiat ꝙ circū
cisionis mandatum Abrae de⁹ dedit
quia erat fidelissimus: amicissimus:
⁊ obedientissim⁹: sicut patet legentib⁹
sacram scripturam.

¶ Qr obseruatus est debitus ordo in
instrumento circūcisionis. c. 2.

SEcunda conclusio dicit obser
uationis. Obseruatus etenim ē
debitus ordo in huius sacramēti dis
pensatione: quia fiebat cum debito in
strumento. s. cum cultello paterno.
vnde Josue. 5 capitulo ait. Fac tibi
cultros lapideos ⁊ circumcide filios
israel. vbi dicit Ricardus ꝙ hoc non
erat necessarium nisi in casu specia
li. Et secundum Ugonem libro p̄mo
de sacramentis. parte. 12. c. 2. Cultell⁹
de petra factus significat xp̄s. de quo
dicit apostol⁹ 1. cor. 10. Petra erat xp̄s
propter quem ab electis omnis erat
abscindenda corruptio. Fiebat insup
circūcisio octaua die: vt patz ex dictis
in p̄ma ꝯclusione. Et si dicatur. Hoc
non est verum: quia habetur Josue
q̄nto. Populus qui nat⁹ est in deser
to hic per quadraginta ānos in itinē
latissime solitudinis incircūcisus fuit:
⁊ postea circūcisi sunt a Josue in gal
gala: ⁊ ista dilatio circūcisionis non
secundum legem eis fuisse imputata
in peccatum. Respondet Ric. ex glo.
augustini: ꝙ cum illis fuit dispēsatuz
inspiratione diuina triplici de causa:
vt non tenerētur circūcidi in deserto:
.s. vt habeť numeroꝝ. 9. qñ nubes
eleuabantur de tabernaculo debebāt
proficisci: ⁊ quia non presciebant factu
ram eleuationem nubis: ⁊ non potu
issent sine nimio grauamine ꝓficisci:
quando de nouo essent circuncisi: iō
dispensatum fuit cum eis: vt nō tene
rētur circūcidi in deserto: ⁊ etiam q̄a
dum erant in deserto in quo non alij

habitabāt cum eis: erant sufficienter distincti ab aliis populis. Quare aūt circūcisio fiebat octaua die: triplex rō assignari potest.

Prima ratio est ſm intellectum tropologicū.
Secūda rō ē ſz intellectū anologicū.
Tertia rō ē ſm intellectū historicū.

Prima ratio est ſm intellectū tropologicū: ⁊ est ista vt octo dies accipiantur ꝑ octo que requirunt ad circūcisionem spiritualem.

Primū est peccati cognitio.
Secūdū ē ꝓpositū discernēdi malū. ⁊ faciendi bonum.
Tertiū est pudor de peccato.
Quartū est timor de futuro iudicio.
Quintum est ꝯtritio.
Sextum est confessio.
Septimum est spes venie.
Octauum est satisfactio.

In quibus omnibus velut in octo diebus peccator iustificatur.

Secūda ratio est ſm intellectum anologicum: quam tangit Ugo li. ꝑmo de sacramētis. c. z. dicens. Octenarius in sacra scriptura aliquando tempus reserationis significat: quod post pn̄tem septem dieb⁹ currit vitā sequitur aliquando tempus gratie: in qua quasi post sabbatum legis eterna bona deo seruientib⁹ ꝓmittunt. merito q̄ circūcisio iussa ē fieri octaua die vt ostenderetur ꝙ in tempore gratie corda circuncidenda erant per emundationez iniquitatis: ⁊ in tempore resurrectionis corpa per dispositionem corruptionis.

Tertia ratio est ſm intellectum historicū: seu litteralē. Nā sicut dic rabi Moyses maximus phs ⁊ theologus iudeus. puer in septem diebus tante teneritudinis est: quante est adhuc in vtero matris. In octaua autem die fortificatur ⁊ solidatur: ⁊ ideo noluit deus ante octauū diē circūcidi: ne ob nimiam teneritudinez nimiū lederet: ⁊ ne parētes: quoꝝ amor per ꝓcessum temporis crescit ad filios: sbtraherent filios a circuncisione: noluit ꝙ vltra octauum diem differret. Sed circa hoc contingit dubitare. quia vt dicit Ugo de sacramentis. vbi s. ꝙ aliꝗ q̄ ante diem octauum decedebāt saluabant in fide parentum qui ante octauam diem non debebāt circūcidi. Et magister sententiaꝝ ꝯtrariū videtur sentire di. ꝑma quarti. vbi dicit ꝙ necessitate mortis añ octauā diē circūcidebant. Ad quorum ꝯcordiam dicit Ric. ꝙ circūcisio fiebat ex necessitate mortis añ octauam diem solum habebat effectum: ⁊ tamen si non fiebat propter timorem ne acceleretur mors pueri: puer saluabatur in fide parētū vnde dicit Ric. ꝙ non est ꝯsentiendū magistro ꝙ tales peribant sicut paruuli: qui modo moriuntur ante baptismum. Noluit enim deus puerum obligari ad circūcisionem añ octauaz diem. Si autem queratur quare mulieres non circūcidebāt: assignari possunt plures rōnes. Prima rō est Alex. de ales in quarto volumine sūme sue ⁊ Ric. in declaratione lr̄e. s. quia corruptio nature per quam peccatū originale ꝯtrahit ꝑncipalius fuit a viro q̄z a muliere. Nam si Adam non peccasset postq̄z Eua peccauerit: peccatū originale ꝑles eius non contraxisset.

Secūda rō eſt eorūdem. quia mulieri
membrum generatiue deſeruiens nō
eſt aptum circūciſioni: ſicut virile mē
brum. Tertia rō ſm eoſdem eſt: ꝙ
circūciſio data fuit in ſignū diſtincti
uum. ⁊ q̃a vir eſt caput mulieris: vt
dr̃ p̃ma cor. 9. ideo ſufficiebat ad po
puli fidelis diſtinctionē ſignaculum
datum viris. Ugo ꝟo de ſacramētiſ
libro p̃mo. parte. iz. aliā aſſignat rōnē
dicenſ ꝙ in ſacra ſcriptura ꝑ maſculū
ſexum animam: per muliebre ꝟo car
nem ſignificare ſolet: vt oſtenderetur
ꝙ illa exterior circūciſio animabꝰ ſan
ctificationē ꝯtulit. ſꝫ carni nō abſtulit
corruptionē.

Q̄ ꝯuenieter multis rōibꝰ ceſſare
debuit circūciſio. c. z.

Tertia ꝯcluſio dr̃ ceſſatiōis. vbi
de ceſſatione circūciſionis inq̄
rere debemus ⁊ ꝯſiderare ꝑmaxime
tria. Primum rōnis euidentia.
Secūdū temporis circūſtantia.
Tertiū digna obſeruātia.

Primū ꝯſiderādū dr̃ rōnis euidē
tia. ſ. q̄re rōne circūciſio debuit ceſſare
ſm illud apo. ad galla. 5. Si circunci
dimini: xp̄s vobis nil ꝓderit. ⁊ ad h̄
rn̄det Alex. de ales in quarto voluie
ſūme ⁊ Ric. vt ſ. q̃a ſic apo. p̃ma cor.
. iz. Cū venerit q̄d ꝑfectum eſt euacua
bit̄ q̄d ex parte eſt. Sed baptiſmū eſt
ꝑfectior medicina q̄ꝫ circūciſio ⁊ q̄ꝫtū
ad ſignificationē: ⁊ quantum ad gl̄ie
collationē: ⁊ etiā quantum ad ampli
orem ſui oſtenſionē. Significat enim
ſanatorē morbi expreſſiꝰ ⁊ ꝯfert grāꝫ
abūdātius: ⁊ etiam q̃a eſt ſacrametū
ꝯmune: q̃a ſibi nō appropriat nec ſexū
nec gētem. vnde ad galla. z. apo. ait
Quicūq̄ꝫ in xp̄o baptizati eſtis: xp̄m
induiſtis. nō eſt iudeꝰ nec grecꝰ. nō ē
ſeruus nec liber. nō eſt maſculꝰ nec fe
mina: omnes vos vnū eſtis in xp̄o:
ideo nō eſt amplius circūciſio ꝯueniēſ
nec neceſſaria.

Secūdū ꝯſiderandū dr̃ tp̄is circū
ſtātia. Nam vt dicit Ricar. legalia
habuerūt ꝟtutem ſuam: ⁊ ſeruari de
buerunt vſq̄ꝫ ad paſſionem xp̄i: ſꝫ in
paſſione xp̄i vim ſuam amiſerūt. Cui
atteſtat̄ quod dicit ſaluator Jo. 19.
Conſūmatum eſt: tn̄ poſt paſſionem
an̄ tempus diuulgati euangelij licitū
fuit illis qui de iudeis ꝯuertebantur
ad fidem ſeruare legalia: nō ſpem po
nendo in eis: ſꝫ ad euitandū ſcandalū
⁊ vt lex deduceret̄ ad tumulū cū ho
nore: ne quaſi ac ſi ſemper mala vide
ret̄ repudiare. Poſt tēpus ꝟo diuul
gati euangelij nulli fuit licitum ſerua
re illa legalia. Hinc eſt quod pau. vt
habet̄ actuū. 6. circūcidit Thimotheū
quia nondū erat diuulgatū euāgeli
um: ⁊ ne iudeum ſcandalizaret: ⁊ q̃a
Thimotheus erat de matre iudea: Ti
tus ꝟo q̃a ſimpliciter erat gentilis:
circūcidere noluit: vt in circūciſione
Thimothei oſtēderet ſacramēta lega
lia non debere damnari: ⁊ in hoc q̃a
Titum circūcidere noluit: vt oſtēdēt
ea non eſſe neceſſaria.

Tertium ꝯſiderandū dr̃ digna ob
ſeruantia. Uoluit enim dn̄s noſter
Jeſus xp̄s dignam cicūciſionis legeꝫ
obſeruare: q̄d ꝯuenienter factū oñdit
Alex. in quarto ꝓp̄t ſex cauſas. p̃ma
cauſa. eſt: vt oſtenderet ſe eſſe filium
Abrae: cui data eſt circūciſio: ⁊ cui p̄
dictū erat gn̄. zz. Bn̄dicent̄ in ſemine

tuo omnes gentes. Semen autem istud est xps. vt dicitur ad galla. 4. vnde cum tota posterioritas Abrae circũcideretur: non crederetur xps esse filius Abrae: nec ille in quo implēde erāt ꝑmissiones: nisi fuisset circũcisus
Secũda causa fuit vt per sbiectionē suam nō a seruitute legis absolueret
Tertia causa quia noluit soluere legē sed adimplere ⁊ terminare. Quarta causa fuit vt se ostenderet ꝑncipium ⁊ causam sanctificationis que fiebat per tria remedia contra peccatum .s. per sacrificia a tempore abel vsqꝫ ad abraam. per circũcisionem ab abraaꝫ vsqꝫ ad xpm. a xpo per baptismum in nouo testamento. vnde decuit xpm esse baptizatum ⁊ circũcisum ⁊ oblatum. Quinta causa fuit vt esset frāt iudeorum: vt ostenderet se esse illum de quo Moyses dixit. Prophetam suscitabit vobis deus de fratribus vestris: ipsum audite. deuterono. 18.
Sexta causa fuit vt iudei occasioneꝫ haberent ipsum non recipiendi: nisi esset circũcisus. Uide ergo o rationalis creatura quanta fuit hodie humilitas incarnati filij dei. Intuere quāta sit caritas eius qui non propter se sed propter te voluit circuncidi. Contemplare qualiter hodie innocens sanguinem cepit effundere. Inspice quādo accipitur ex manibus matris: vt ducatur ad circũcisionem. Audi matrem dicentem Joseph: qui forte eum portabat. Sit tibi cōmissus filius meus paruulus: vt q̃ leuius fieri possit circũcidatur. O virgo sanctissima ⁊ de filio tuo tenera quid facies quando filium tuum videbis a planta pedis vsqꝫ ad caput totaliter vulneratum. sanguine irrigatum. Remanet in tuguriolo mater expectans filium circũcisum. o anima fidelis compatere dilectu tuo quando circũcidebatur: plorabat: flebat lachrimabat clamabat dicens. a. a. a. quasi anima mea ꝓpter tua peccata hāc penam sustineo: ꝓpter tua peccata sanguinem fundo o anima: sed multo maiora ꝑ te facere sum paratꝰ quia amore tuo langueo: amore tuo vulnerari ⁊ crucifigi ꝯcupisco. Sed tempus expecto conueniens ⁊ idoneum. Reportatur filius matri: quem plangentem pre dolore ipsa stringit ad pectus: consolatur eum blanditiis virgo piissima: ⁊ lacte pascit virgineo ei tamen dicere poterat ⁊ non sine lachrimis. O sacratissime fili: in quo nullum reperietur peccatum: hodie propter peccatores tanq̃ peccator es vulneratus: hodie de tuo corpore cũ dolore sanguis effluxit. hodie violētā penam ꝑ hominibꝰ sbire cepisti. o fili mi delicate. ⁊ huiusmodi verbis dilectum Jesum osculādo alloquebatur. Nos vero matrem cum filio venere mur: ipsamqꝫ matreꝫ deprecemur humiliter vt dignet filium suum nobis propicium facere per meritum sue circuncisionis: qui est benedictus in secula. Amen.

In festo epiphanie. sermo de eadē fructus. 28. Jesum adorant reges.

Vidimus stellam eius in oriente: ⁊ venimꝰ adorare eum. Scribuntur hec vba Mat. 2. c. ⁊ in euangelio pn̄tis solēnitatis. Ne putarent homines xpm non esse deum: huius

natiuitas a pastoribus tanq̃ a simplicibus fuerat reuelata: aduocati sunt reges ⁊ sapiẽtes premoniti miraculo nouo stelle apparentis: qui xp̃m natũ in hierusalem querũt adorare: ipsũq; ibi non inuenientes non desisterunt accepto ꝓposito exeũtes hierosolimã stelle ducatum secuti sunt: que illos ad presepium duxit: vbi xp̃m videntes pãnorum vilium paupertate conclusum tanq̃ deum ꝓ hominum salute incarnatum sunt venerati. Hoc nobis sacramentum pie contemplandum ꝓponit hodie sãcta mater ecclesia: vbi ⁊ nos studia nostra debemus apponere: vt simul cum his regibus xp̃um inueniamus dicentes cum ipsis. Uidimus stellam eius in oriente.i. spũs sancti gratiam: qua illustrati sumus per patriarcharum oracula: per ꝓphetarum testimonia: ac per sanctorum omniu; documenta: vt cognoscam⁹ xp̃um filium dei affectuosa mente a nobis fore colẽdũ: ⁊ venim⁹ adorare eum. in quibus verbis fruct⁹ occurrit declarand⁹: qui ẽ Jesum adorant reges. Pro cuius intelligentia de his rebus tria misteria ɔsiderabimus.

Primum dr̃ illuminatio.
Secũdũ dr̃ affectio.
Tertium dr̃ deuotio.

¶ Ca. Magi illuminati fuerunt apparitione stelle.c.i.

PRimum misterium ɔtemplandu; dicitur illuminatio. de quo fit mentio in euangelio: ꝙ magi isti fuerunt illuminati vt crederẽt in xp̃m apparente eis stella miraculi: vbi tres ɔclusiones sunt notande.

Prima dr̃ nominationis.
Secũda dr̃ apparitionis.
Tertia dr̃ ɔditionis.

¶ Prima ɔclusio dicitur nominationis. Jsti enim reges nominant̃ magi.i. malefici. vnde Exodi.8. malefici Pharaonis dicuntur magi. Dicit.n. Brisostimus istos fuisse maleficos: ſ; postea conuersos: quibus dominus voluit natiuitatem suam reuelare: vl' dicuntur magi quasi illusores: quia Herodem illuserunt. Rabanus vero dicit magi sunt qui de singulis reb⁹ philosophantur. vnde magus idem est quod sapiens. Nam perse magus hebraice scriba. grece philosophus. latine vero sapiens dicitur. vnde ⁊ magi quasi sapientia magni. De his sic dicit Remigius. Sciendum est aũt ꝙ varia est de magis opinio. Quidã enim dicunt eos fuisse caldeos: ⁊ caldei pro deo stellam colebant: ⁊ idcirco dixerunt ꝙ nuncupatio eorum deorum ostenderit verum deum natu; Alij dicunt persas eos fuisse. Nonnulli dicunt illos de vltimis finibus terre fuisse. alij vero asserunt eos fuisse nepotes Balaam: quod magis est credendum. Balaam enim inter cetera que ꝓphetauit dicit numeri.24. Orietur stella ex Jacob. ⁊ exurget homo de Jsrael. Jlli uero hanc ꝓphetiam mox ut uiderunt stellam nouam intellexerunt regem natu; ⁊ uenerũt. Hec Remigius.

¶ Secunda conclusio dicitur apparitionis. secundum enim ꝙ dicit Brisostimus super Mat. quidam secretorum inspectores de genere Balaam elegerunt de se ipsis duodecim. ⁊ si quis moriebatur: filius eius: aut

aliquis ꝓpinquoꝝ in eius loco sbstitu
ebat: vt p singulos ānos certo tēpore
super montem victorialem ascēdebāt:
vbi tribus diebus orabant deum: vt
eis stellam illam quam Balaam pre
dixerat ostenderet. Quadam vice dū
sic ibi manerent tres reges: stella qdā
ad eos super montem venit: que ha
bebat formam pulcherrimi pueri: sup
cuius caput crux splendebat: que ma
gis allocuta est dicens. Ite velocius
in terrā iuda: et regem quem queritis
natum inuenietis.

Tertia ꝯclusio dicit̄ ꝯditionis. Fue
re nāqꝫ ſm Remigium multi qui di
xerunt stellam illam spiritū sanctum
fuisse: quia sicut discipulis in flāma
ignis apparuit: ita et his regibꝰ in spe
stelle. Alij autem dixerunt fuisse an
gelum. Sed vera doctorum opinio ē
ꝙ fuit stella realiter de nouo creata.
vnde glo. super illo vbo. Uidimus
stellam eius dicit ꝓpriam: quia hanc
creauit ad ostensionem. Dicunt tamē
sācti ꝙ hec stella ab aliis differebat in
multis. Prima differentia erat: quia
ſm glo. super Mat. differebat in ori
gine: quia alie facte sunt in mūdi pn
cipio: hec vero de nouo creata est. Se
cūda differentia est quia differebat i
officio: quia alie stelle facte sūt vt sint
in signa tempora: hec autē vt magis
viam preberet. Tertia differentia erat
quia differebat in duratione: qa alie
stelle sunt perpetue: hec autem ꝯpleto
officio suo rediit in preiacentem mate
riam. Quarta differentia erat: quia
secūdum Fulgentiū differebat in situ
quia non erat localiter sita in firma
mento: sed pendebat in meditullio ae
ris ꝓxima terre. Quinta differentia
erat: quia differebat i fulgore: quia ce
teris erat splēdidior: et in meridie splē
didissima apparebat: nec splendorem
eius splendor solis poterat occultare
Sexta differentia erat: qa differebat
in motu: qa precedebat magos motu
viatoris. Non enim mouebat̄ motu
circulari: sed quasi motu ꝓgressiuo.
Septima differentia erat: quia diffe
rebat secundum Crisostimum in oc
cultatione et apparitione: quia aliquā
do apparebat̄: aliquando occultabat̄
Cū .n. intrauerunt Hierosolimā occul
tauit se ipsā. Deinde vbi Herodez reli
querunt se ipsam monstrauit. vnde
concludit Crisostimus. Uidetur hec
stella virtus inuisibilis fuisset in talē
apparentiam formata. Sed dubium
in mentem venit: ꝓpter ea que dicta
sunt: quomodo isti xp̄m deum natum
in stelle apparitione intellexerunt. Et
dicit Leo papa in sermone de epipha
nia. Preter illam stelle speciem: que
corporeum incitauit obtutum fulgē
tior veritatis radiꝰ eorum corda per
docuit. Augustinus vero in libro de
questionibꝰ noui et veteris testamēti
concordare videt̄ cum sententia Cri
sostimi superius allegata. Ait enim sic
Iudeorum natum regez intellexerūt
cum stella iudaice temporalis rex so
leat designari. Hi enim Magi caldei
non maliuolentiam astrorum cursū:
sed rerum curiositate speculabantur.
In sermone vero de epiphania ait:
Dicturus es a quibus audierunt ꝙ
talis stella Christum natum significa
ret. Profecto ab Angelis aliqua
admonitione reuelationis.

Queris fortasse an ab angelis bonis an malis xpm quidem ⁊ angeli mali hoc est demones filium dei esse ꝯfessi sunt. Sed cur ⁊ a bonis non audierunt quando in xpo adorando salus eorum inquirebatur: non iniquitas damnabatur. Potuerunt ꝗ illis angelis dicere. stella quam vidisti xpi ē. Ite adorate illum vbi natꝰ est. sic hic angelus. Colligimꝰ tamen ex omnibus mentem illorum regum siue apparente illis angelo: siue loquēte: siue puerulo in medio stelle fuisse illuminatam intrinsecus ꝟtute spiritus sancti: vt omnes simul intelligerent natū esse filium dei.

¶ Qꝫ grandis erat affectio magorum erga xpm natum. c. z.

Secundum misterium ꝯtemplādum dicit affectio. Tanta eteni affectione ad xpꝫ natum magi postꝙ eum cognouerunt sunt moti: vt non tenerentur viarū asperitate: quin ad xpm querendum omni sollicitudine se precingerent. Nam ab oriente venerunt hierosolimā: vbi tria occurrūt ꝯsideranda.

Primū est velocitas.
Secundum est localitas.
Tertium est iniquitas.

¶ Primū ꝯsiderādū dicit esse velocitas: quia vt ꝯmuniter tenent doctores cum tredecim dierum esset xpus magi ad eum stella duce venerunt: quod si admirari nos cogat ꝙ in tam paruo tempore per tanta terrarum spacia venire potuerūt. s. ab oriente in hierusalem: que in medio mundi dr esse sita. potest tamen dici secundum Remigium ꝙ puer ad quem ipsi ꝓperabant eos perducere potuit: vel sm hieronymum ꝙ super dromedarios venerunt: qui sunt animalia velocissima: que tantum currunt in vna die: quantum equus in tribus.

¶ Secundum considerandum dicit localitas. vbi doctores querunt: cur isti magi specialiter venerūt hierusalē potius ꝙ ad aliam ciuitatem mundi ⁊ respōdet Remigius dicens: ꝙ hierusalem regia ciuitas erat: ⁊ crediderūt ꝙ talis nō nisi in vrbe regia nasci debuisset: siue venerunt vt locum natiuitatis certius discere possent: Siue vt adimpleretur quod dictum est. De syon exibit lex ⁊ verbum domini de hierusalem. quia ibi pmo annūciatus est xps. siue vt studio Magorum dānaretur pigricia iudeorum. Hec Remigius. Quanta ꝟo fuerit tunc iudeorum negligentia: per se patet: qui cū per scripturas inuenerunt xpi aduētū esse ꝓpinquum: videruntꝙ reges a finibus terre venisse ad illum adorandum: quibus ⁊ ipsi locum natiuitatis reuelant: non curarunt ad eundem locum ipsis ꝑfecto vicinum ꝓperare. vñ Augu. in sermone de epiphania ait. Cū multi natiꝰ atꝗ defuncti essent reges iudeoꝝ: nūꝗ quēꝗ illoꝝ adorādum Magi quesierūt: qa neꝗ quēꝗ eorum de celo loquentem didicerūt. Non itaꝗ legi iudeorum quales esse illic solebant: hunc tam magnum honorem longinqui alienigene ab codē regno prorsus extranei a se deberi arbitrantur. Sed talem natum didicerunt in quo adorādo se salutem: que ꝫ dictū ē ꝯsecuturos mime dubitarēt Nec enim etas erat saltim cui adula

tio humana seruiret: non in membris purpura: sed i capite diadema fulgebat Nom pompa famulantium: non terror exercitus: non gloriosa fama preliorum. Hos ad eum viros ex remotis terris cum tanto voto supplicationis attraxerat. Jacebat in presepio puer ortu recens: exiguus corpore: contemptibilis paupertate. Sed magnuz aliquod latebat in paruulo. quidem illi homines primitiue gentium non terra portante: sed celo narrante didicerat. hec ille Ubi ostenditur quod grande argumentum iudei potuerunt habere ex aduentu et reuelatione magorum.

¶ Tertium considerandum dicitur iniquitas que Herodis regis mentez inuasit: quia audiens aduentum magorum turbatus est: et omnis hierosolima cum illo. Times secundum Crisostimum ne a iudeis a regno expelleretur: et ne etiam a romanis culpari posset: si aliquis rex ibi vocaret: quem augustus non constituisset: et notanda sunt verba ista. et omnis hierosolima cum illo. s. maioribus ciuitatis: qui fauebant Herodi. Et colloquio habito Herodes cum sacerdotibus et scribis de loco natiuitatis xpi clam vocatis Magis: quia non confidebat de iudeis: et ideo voluit suum consilium eos latere: diligenter didicit ab eis tempus stelle: que apparuerat eis: et mittens illos in bethelem dixit. Jte et interrogate diligenter de puero: et cum inueneritis renunciate mihi: vt et ego veniens adorem eum. O malignitas Herodis superbi. O venenosa et dolosa locutio. O iniqua astutia serpentina: pro qua sicut inquit Grego. in omel. adorare velle simulat: vt quasi hunc si inuenire posset extinguat. Hec ille.

¶ Quam multa fuit deuotio Magorum erga xpm natum. c. 3.

TErtium misterium contemplandum dicitur deuotio. Exeuntes namque reges isti hierosolimam viderunt stellam antecedentem eos: vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. O quanta fuit tunc in eorum cordibus consolatio. quando intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. aberat autem secundum Rabanum diuino nutu Joseph: et Magi tria deuotionis et humilitatis sue signa in xpo paruulo demonstrant.

Primum signum fuit adorationis.
Secundum signum fuit oblationis.
Tertium signum fuit congratulationis.

¶ Primum signum fuit adorationis: quia procedentes adorauerunt eum. vbi sic exclamat deuotus Ber. Quid facitis o Magi lactantem puerum adoratis in tuguriollo vili: in vilibus pannis. Nonne deus iste quod rex iste. et vbi aula regia: vbi tronus: vbi curie regalis frequentia: Joseph et Maria. isti insipientes facti sunt: vt fierent sapientes.

¶ Secundum signum fuit oblationis: quia apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et mirram. Erat. n. traditio antiquorum secundum Remigium: vt nullus ad regem vacuus introiret. Perse autem et Caldei talia munera consueuerunt offerre secundum augustinum in sermone de epiphania. aurum describitur regi magno. Thus immolatur vt deo. Mira prebetur tanquam pro salute omnium morituro.

¶ Tertium signum fuit congratulationis

Pie nanqȝ credere possumus: ꝙ be
nedictus ille filius quem isti reges tā
to labore quesierunt: quem colebant:
quem tantum venerabantur affectu:
eos absqȝ letitia abire non permiserit
Idcirco consideremus qualiter in bra
chiis mr̄is existens aspiciebat magos
ilari facie: ipsisqȝ gestu ⁊ nutu dulcit̄
blandiebatur. non exprimebat verba
sed signis quibus poterat de illorum
visitatione ostendebat se letum fore.
Et virgo illa mater intacta: que hu
manissima erat ⁊ mitis atqȝ mansue
ta: postqȝ viderat in his regibus tan
tam fidem tantamqȝ deuotionē: mul
ta eis verecundo sermone de filio suo
est locuta: enarrādo qualiter angelꝰ
ānunciauit: ipsaqȝ conceperat ⁊ partu
rierat: angelis cantantibus atqȝ ānū
tiantibus pastoribus eius natiuitatē
⁊ quomodo ipse dominus incarnatꝰ
fuerat: vt saluum faceret genꝰ huma
num. Cōmendabat ex hoc magorum
prudētiam sollicitudinem benignita
tem: qui ad ipsum videndum tam ci
tius preparauerant: ⁊ dicebat eis. pro
vestra remuneratiōe sciatis quia quē
adoratis deus est: cui munera obtuli
stis: quia rex est ipsum ⁊ in brachiis
suscipite: quia homo est. Itaqȝ filium
suum liberalissime vnicuiqȝ eorū am
plexandum porrigebat. O virginis cō
sueta pietas. o fili dei profūda huma
nitas. o gratia super excessiua orien
talium regum: qui a vͥgine matre fili
um dei incarnatum inter sua pectora
stringēdum susceperunt. Conemur etiā
nos ⁊ mētem disponere: quia nec no
bis negabit se filius dei. Magi vͦ ad
moniti in somniis ne redirent ad he
rodem: per aliam viam reuersi sunt in
regionem suam. De quo dicit Criso.
super Mat. Cum reuersi fuissent pre
dicantes multos erudierūt. ⁊ deniqȝ
cum Thomas esset in prouincia illa:
baptizati sunt ⁊ facti sunt adiutores p̄
dicationis illius: quorum corpora pꝰ
felicem mortem p̄mo per Helenam
Constantini matrem reperta ⁊ in Cō
stantinopoli translata. secūdo per san
ctum Eustorgium mediolanēsem ar
chiepiscopum Mediolanū perducta.
Ultimo per Federicum imperatorem
Coloniam theotonie sūt delata. Ani
me vero eorum viuunt in eterna glo
ria. Amen.

¶ In vigilia natiuitatis domini no
stri Jesu xp̄i. Sermo de sancto Jo
seph: qui fuit scriptus: dum magister
Robertus predicaret ī Padue. ⁊ non
est positus ante natiuitatem domini
quia non est de tractatu aduentus.

IOseph fili Dauid noli ti
mere accipe Mariā in cō
iugē tuā. quod in ea natū
est de spū sancto est. Mat
p̄mo. c. ⁊ in euāgelio hodierno. Dile
ctissimi ī xp̄o Jesu noster doctor Bo
nauētura. 45. di. quarti li. sniaꝝ dicit
ꝙ est nobilissima res nobis miseris
mortalibꝰ hoc in mūdo hēre singula
rē deuotionē nō solū deo eterno: sed
suis gloriosis sanctis: qbꝰ orōnes nr̄e
sepe debēt vͥari: qa ī hoc relucet eoꝝ
deuotio: ⁊ mouet tribꝰ rōnibꝰ. p̄° ꝓpt
nostrā inopiā. 2° ꝓpter diuinā reuerē
tiā. 3° ꝓpter sanctoꝝ gloriā. p̄° ē ꝓpt
inopiā: qa nō solū meritis: qm̄ nō me
remur ī diuio ꝯspectu vnū minimū spi
rituale meritū: imo sumꝰ potiꝰ pleni

demeritis ⁊ peccatis: sed in oratione sanctorum adheremus ipsorum meritis qui sunt copiosi in regno celorum. ¶ Item quia sumus obumbrati carne mortali: ac pauperes amore. ⁊ quoniam aliqui sunt: qui per vnam spūalem passionem magis amant sanctos quam deum secundum vnam confidentiam: propter hanc p̄mam rationem non dedignatur deus: vt habeamus sanctos deuotos considerata nostra paupertate. ¶ Item quando confugimus ad illas orationes sanctorum confitemur nostram paruitatem: ⁊ agnoscimus sanctos dei: ac eos amore reueremur Sunt multi qui bona agunt respectu sanctorum: ⁊ ista doctrina non est vana: sed bona. ¶ Item debemus etiam valde venerari sanctos: quoniam cōsideramus premii altitudinem. Relinquam ergo hoc mane omnes doctores ⁊ sanctos alte ⁊ cum oculo cordis aspiciēdo ad celum video vnam sedē in qua moratur ille ṽgo sponsus virginis: senex deuotus: pater putatiuus sanctus Joseph. Hic est meus deuotus ⁊ iam venit mihi semel in mente: vt legerem aliquid de eo: ac querēdo scripturas sacras reperi quod sanctus Joseph est vnus de gloriosioribus sanctis paradisi: propterea firmaui in mente mea vnum propositum bonum. videlicet de habendo eum pro meo aduocato: ac p̄dicare toti mundo: quod haberent eum in reuerentia. ideo proposui predicare de eo: quia in euangelio fit de eo hodie mentio. ⁊ causa veniendi ad predicationis nostre ordinem assumpsi ṽba Mat. p̄mo. c. in themate. in quibus sacratissimis ṽbis denoto sancti Joseph tres gloriosissimas excellentias ultra alios sanctos.

¶ Prima ē excell. ṽginalis.
¶ Secūda est excel. filialis.
¶ Tertia est excell. diuinalis.

¶ Quod in beato Joseph fuit excellētia ṽginalis. c. i.

Quanto p̄mā excellētiā: que est ṽginalis. vbi demonstrabo vestris reuerētiis quātū fuit excellēs meritū ioseph: qui sedet in celis alte: ac veniamus cum tribus dignitatibus.

¶ Prima ē ṽginalis unio.
¶ Secunda est ṽginalis cōuersatio.
¶ Tertia est ṽginalis auxiliatio.

¶ Prima uocatur ṽginalis unio. s. quod infra Mariā ⁊ Joseph fuit unus amor sanctissimus. Nā post filium suū magis Joseph amauit quam alium sanctum. nā pia mente credi potest quod spiritus sanctus unisset uirginem amore ad Joseph amandum. ⁊ nisi ab ipso spiritu sācto processisset: matrimonium eorum cōtractum non fuisset. Tu posses dicere non fuit uerum matrimonium ut ait Hiero. aduersus Heluidium. Joseph Marie potius custos fuit quam maritus ⁊ in euāgelio. Joseph uolebat dimittere eam ⁊c. ergo non fuit matrimoniū Magister. 30. di. 4. sentētiarum. di. quod inter Mariā ⁊ Joseph fuit ṽissimum matrimonium. ⁊ habes. 27. di. q. 2. c. Institutum. ⁊ tenent hoc. uidelicet Ric. Bonauētura. 30. di. quarti sentētiarum. ⁊ tho. tertia parte. q. 29. sequētes sentētiā magistri declarant duobus modis. Primo quod in matrimōio est quedā perfectio in esse p̄o. ⁊ i eē 2o. p̄ma in esse p̄mo prospicit: que sunt de

essentia matrimonij. Secūda ꝑspicit
quandam sꝰbstantiā particularē que ē
actus matrimonij Item illud quod ē
i esse pmo in sancto matrimonio est
quedam mutua potestas: quam dat
sponsa suo sponso: ⁊ econuerso: simul
viuendo: ac ipsis inuicem seruiendo:
quo ad obsequia matrimonialia: tam̄
nō quo ad copulam carnalem: ⁊ ista
vnio fuit inter Mariam ⁊ Joseph.
In secunda que est in esse 2°. que ꝑ.
spicit actū matrimonialē non fuit int̄
Joseph ⁊ Mariam: quia licet amarēt
se tāq̄ȝ sponsos: ac insimul habitarent
mutarunt copulam carnalem per spi
ritus sancti operationeȝ in copulam
virginalem. vt in. c. Beata Maria.
.27. q. 2. Nam quando stabant in tē
plo pontifices querebāt eam nubere
secundum legem: ⁊ ipsa vouerat vir
ginitatem: ⁊ ꝓpter hoc non fecerat
contra legis debitum: quia illam co
pulam matrimonij operatione spūs
sancti mutauit in virginitatem: quoni
am sic erat voluntas dei. ⁊ similiter
sic fecit Joseph. Et ꝟbis Hiero. rn̄de
intelligendo maritum largo modo:
in quo intelligitur actus matrimonij
Propterea dixit magꝫ custos q̄ȝ ma
ritus. Item quia fuit error heretico
rum dicentium malum de virgine.
videlicet ꝙ habuerat coitum Joseph
Ideo Hierony. ipsaȝ excusando dixit
ꝟba predicta: ⁊ aduersus Heluidium
reddit rationem: vt infra dicam. vȝ.
de ꝟbis Joseph: qui voluit Mariam
relinquere: quia aliqui doctores di
cūt. Quando Joseph vidit Mariam
pregnātem de spiritu sancto incepit
dubitare de ea: ⁊ volebat eam relin
quere: ne scandalum sequeret̄. Jo.
Gregorius aliter dicit. Et ego cū eo
ꝙ quādo Joseph vidit Mariam pre
gnantē: non cogitauit malū aliq̄d de
ea: ſ credendo ⁊ bonitati ꝟginis cre
debat ꝙ aliquid dei esset operatum
secrete in ea: ꝓpterea voluit recedere.
⁊ dicit Jo. Criso. O inextimabilis ven
ter marie ꝟginis. magꝫ enim crede
bat Joseph ꝟginitati eiꝰ q̄ȝ vtero eiꝰ
⁊ magis credebat ꝟginē posse ꝯcipe
q̄ȝ mariam posse peccare. Dic mihi.
quis enim te mouet ad hanc opinio
nem: nisi ꝙ Joseph viderat mariam
ꝙ ei miraculose data fuerat i eiꝰ spō
sam. Nam ipse erat senex ⁊ maria. 14
annoꝝ: ⁊ vt scitis erat a pōtificibus
preceptū ꝙ omnes mulieres deberēt
se nubere: ⁊ maria vouerat ꝟginitatē:
⁊ tn̄ erat factū dictum preceptum vt
habes de uteron. 7. c. ꝓpterea maria
nolens legi ꝯtradicere dixit. vadā ad
pontificē: qm̄ ꝟginitatē voui: ⁊ narra
bo negociū: introiuitq̄ȝ ad sancta san
ctoꝝ faciēs orōnē: ⁊ venit vox angeli
ca ac dixit. Cui florebit ꝟga in manu
illā tenētis: ⁊ supueniet colūba: date
illi in vxorē: ⁊ sic factū ē: ⁊ tūc multi
iuuenes ꝟgā habuerūt ac nemini flo
ruit. secūda die orarūt ⁊ data fuit Jo
seph ꝟga in manu ⁊ floruit: ⁊ colūba
accessit sup eū. Tūc pontifex spū scō
inspiratꝰ dedit illi mariā in sponsam
⁊ ab hac re potuit Jo: Criso. arbitrari
ꝙ Joseph nō alit̄ intelligere potu
erat nisi ꝙ a re diuina hoc ꝓcesserat i
maria. alia ē opinio ꝙ Joseph vidit
ꝟginē pregnātē: vidit vnū splēdoreȝ
in ea tā relucētē: ꝙ exibat a sensibus:
ꝙ nō poterat eā intueri: ideo volebat

eam dimittere: ꝓpterea cogita quãti
meriti est Joseph: qui talẽ habuit in
vxorẽ ꝟginẽ. Itẽ ꝯsidera quãtꝰ erat
amor Marie erga spõsũ suũ. nã erat
sanctior cetis aliis. Cupiebatqꝫ ꝓ hãꝝ
salutẽ: ac alioꝝ ceteroꝝ. ꝗ nõ dubites
ꝙ etiã Joseph salutem desiderabat:
quem tantũ diligebat. ⁊ ista est ꝟgi
nalis vnio. Nam tantus fuit cũ ꝟgi
ne vnitꝰ: quãtũ fuit sponsus virginis
¶ Tolle secundã que fuit virginalis
ꝯuersatio. Joseph habuit istam excel
lentiã. s. ꝟginalis ꝯuersationẽ. ⁊ vidit
inumerabiles dei gratias. ⁊ aduerte
ꝙ ista est regula generalis: ꝙ qui ma
lam habent societatẽ in hoc mundo
male agunt: ⁊ ecõuerso. Quot sunt ꝗ
in hac nocte ludunt ⁊ blasphemant
deum ⁊ virginem. O canes ꝓditores
Erit vnus qui bonam habebit volun
tatẽ: ⁊ vnus ribaldus destruet eam.
Ambrosius dicit ꝙ ꝟgo fuit sanctior
aliis mater dei: ac plena spũ sancto: ⁊
erat virgo nõ solum corpore sed etiã
mente ⁊ corde: nec in ea fuit vnqꝫ ma
cula alicuius peccati. Et ꝓpterea quid
credis ꝙ agebat Joseph: qui pluries
videbat sponsam suam nocte leuãtez
ad orationẽ: ac de nocte sepius plora
re: nõ credis ꝙ ad bene agendũ inflã
maretur. arbitror ꝙ sepe orabat cum
orante. credo ꝙ quando virgo bene
dicebat deum: ipse benedicebat cum
benedicente. Et non dubites ꝙ cona
batur cor suum humiliare: sicut facie
bat virgo. Considera quantum erãt
dulcia eorum colloquia. nam quãdo
Maria loquebatur de deo. ⁊ ille stu
pebat. Item considera ꝙ stetit ⁊ ha
bitauit cum virgine tot ãnis ipse sem

per disponebat intuẽs gesta ⁊ mores
Marie ducere vitam suam de bono
in melius: ⁊ non fuit sanctus ꝗ istud
habuerit donum. Nam nõ 12. nõ. 16.
sed. 30. annis stetit cum Maria virgi
ne: non credis ꝙ Maria ipsum sũme
diligebat: ⁊ sũme ipsuz debebat ama
re: certe sic. De morte ꝟo Joseph cla
re in sacra scriptura non reperitur: ꝫ
considerandũ ꝙ paꝝ ante baptismũ
xp̃i mortuus fuit: quia quando xp̃s
disputabat in templo viuus erat: tam̃
tp̃e passionis nõ fit de eo mẽtio.
¶ Tertia virginalis auxiliatio. nescit
mundus dicere dilectissimi mei qñta
est larga ⁊ magna Marie dignitas.
Ber. omnibus omnia facta est sapien
tibus: insipientibꝰ copiosissima cari
tate ꝯmunicat. Quis est peccatorum
spes. ꝟgo. Qualis est spes desperato
rum. gloriosa virgo. O quot infudit
gratias continuo peccatoribus. Non
est homo qui eam inuocat: qui nõ im
petret ab ea gratias: si sunt honeste.
O Joseph non debes recipere tu a
sponsa tua etiam ꝓ oibus deuotis tu
is gratiam. Certe sic. quando tu eius
partui adfuisti: ⁊ i omni suo negotio
ei auxilium tribuisti: vt patet: quando
virgo in egyptum aufugit. Quis eã
associauit. Joseph. ⁊ ille qui sepe ad
iuuabat virginem fasare puerum ꝗe
tum: qui etiam stabat ad laboranduz
vt ꝟginem adiuuaret. Hiero. dicit ꝙ
Joseph erat carpentariꝰ: laborabatqꝫ
de arte sua: vt daret edere illi qui dat
toti mundo comedere. Et Luce. 2. c.
Quando Joseph ⁊ mater ibant que
rendo puerum Jesum illis tribus die
bus plorantes: quia videndo ioseph

Mariam plorantem ipse etiam plangebat. Quis reperiet qui tantum seruierit virgini sicut Joseph. et si ergo est Maria ita gratiosa: quod qui dicit ad eius reuerentiam vnum aue maria. facit sibi gratiam: quanto magis crederis quod fecerit Joseph cum tanto tempore sibi et xpo seruiuit. Ego discretioni tue relinquo.

¶ Qr Joseph habuit dignitates vltra omnes sanctos. c. z.

Q Uaptum secundam excellentiam: que est filialis: et in ista etiam tres alias dignitates annotabimus vltra omnes sanctos.

Prima est electio.
Secunda est honoratio.
Tertia est consolatio.

¶ Prima est electio vt dicit Bonauentura xps est pater omnium electorum. Elegit namque xps omnes qui saluari debebant pro filiis: et similiter elegit prophetas et patriarchas. Nam dixit apostolis filioli mei. Item etiam martires et confessores filios appellauit. Jo. primo. c. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Sed Joseph pro patre putatiuo electus fuit. Et non quare fuit electus ad istud misterium: quia vt dicit Hiero. xps habet patrem in celo absque matre et dicunt doctores conculcando omnes hominum impugnationes quod prima ratio fuit secundum sententiam Ambrosii ad demonstrandum carnis genealogiam propter aduentum xpi qua erat de tribu Dauid et ipse Joseph. Item et secundo fuit respectu celandi istud misterium: et ad decipiendum diabolum. Assignat aliam rationem Hieronymus quod fuit conueniens ne Maria lapidaretur a iudeis credentibus ipsam commisisse adulterium. Hoc non est signum magni amoris recommittere sibi tantum thesaurum. ergo sanctus Joseph est magnus nimis.

¶ Secunda excellentia vocatur honoratio inter alios sanctos: et quere quem uis: non reperies post virginem cui dominus fecerit tantam gratiam et tantum honorem: quantum Joseph fecit. Uide Luc. z. c. et erat subditus illi Et Hiero. dicit Noster Jesus subiectus parentibus suis. Nam colebat ipse matrem eius erat pater zc. Talis subiectio erat quod illa diuinitas aliquando familiariter ministrabat Joseph: dabatque sibi tobaleam ad tergendum manus. ergo non dubites quod multa obsequia familiaria fecit deus Joseph.

¶ Tertia excellentia vocatur consolatio Quis sanctorum habuit maiorem consolationem in mundo Joseph. Consolationem habuit Petrus qui manducauit et bibit cum xpo: ipse efficiebatur vt fatuus. Item quando Johannes dormiuit supra pectus domini. o quantam consolationem accepit: et ibi habuit reuelationem apocalipsis. Franciscus dum semel oraret cum manibus in cruce: et xps eum vocauit. Amice Francisce tolle crucem et sequere me: effectus fuit tanque fatuus: quando in monte aduerne recepit stigmata: qualem consolationem habuit cogita: exibat ex dulcedine sibi anhelitus. Etiam fratri rufino apparuit virgo cum filio in brachio tantam ex illa visione recepit consolationem: quod quasi anima exiuit. Sed Joseph quantam consolationem recepit hac nocte quando vidit angelum sibi dicentem

Joseph ne timeas Mariam accipere
in ꝯiugem: vt in euangelio hodierno
habetur. Item quam consolationē
recepit hac nocte: quando natus fuit
xp̄s credens ipsum esse filium dei.
Item quando audiuit angelos cantā
tes Gloria in altissimis deo: quando
audiuit Symeonem tenentem xp̄m
in vlnis: ac dicentem. Nunc dimittis
seruum ⁊c̄. O Joseph quanta erat le
titia tua. Item quantum gratulaba
ris quando cogitabas habitasse tāto
tempore cum xp̄o: quandoq; stabas
cum virgine ⁊ xp̄o ad vnam mensam
⁊ maxime tot ānis. Itē quando erat
duodecim ānoꝝ tenebat manum xp̄i
cum sua: quantam leticiam capiebat:
ipse veniebat extra sensum. pie credas
ꝙ sepius in die xp̄s Joseph osculaba
tur: vt faciunt filij pr̄es. Uere Joseph
potest cum ꝓpheta canere consolatio
nes tue letate sunt animam meam.
Ergo anima considera cum fide no
stra. Si audiremus xp̄m loquentez:
quid ageremus. creparemus ex deuo
tione. ⁊ tu Joseph tantam habuisti
practicam cum filio dei quomodo fa
ciebas. Credo ꝙ ex nimia dulcedine
⁊ deuotione exibas a sensibus.

¶ Q: Joseph vltra predictas habuit etiam alias excellentias. c. z.

Tertiam excellentiam diuinalez
vellem dicere: ſ; non sufficit tp̄s
Tamen cape vt potes: ⁊ tres habuit
dignitates in hac tertia excellentia.
Prima fuit simulationis: quia vocat̄
pater putatiuus. ¶ Secunda gratifi
cationis: quia quando deus aliquem
elegit ad gratiam: semꝑ sibi magnas
dat gratias: ⁊ ꝓpterea eligendo Jo
seph ad tantum misterium: quantas
grās sibi dedit cogita. ¶ Tertia grā
visionis quia vidit omnia que ꝓphete
predicauerunt de ỽgine ⁊ de ỽbo in
carnato: qui tetigit eum manibus ⁊
fide. Multa sunt ꝑuilegia Joseph: ⁊
specialiter ista nouem que audisti. De
precamur igit̄ vt intercedat ꝓ nobis
ad ỽginem ⁊ filium: qui in hoc mun
do dent nobis suam grām: ⁊ in alio
gloriam Amen.

¶ Sermo de beatitudine magistri Roberti de licio ex ordine minoꝝ.

Exultabunt sancti in gloria
letabuntur in cubilib⁹ suis
.149. ps̄. Non potest ali
quis pcipere que dei sūt:
⁊ ignarus sp̄uali scientia non potest
contemplari: ⁊ ꝓpterea mundū istum
cum vitiis imitatur: quia que de⁹ pre
parauit diligentibus se non ꝯsiderat
sed potius ꝓ bono optimo ⁊ imenso
vmbram accipiunt: quamobrē in p̄nti
sermōe de futura beatitudine vl' gau
dio beatorum sum locuturus vt mens
per contemplationem eleuata possit
percipere quodāmodo quāta sit glo
ria future beatitudinis: ⁊ vt illud pos
sim ꝯprehendere ꝗnq; ꝯsiderationes
de ipsa gl'ia faciem⁹ ad honorē ꝗnq;
plagaꝝ xp̄i.

Prima ꝯsideratio erit de obiecto no
bilissimo animā quietāte.
Secunda erit de excelsa gl'ia corpus
nostrum dotante.
Tertia erit de societate iocunda gau
dium augmentante.
Quarta erit de amena patria omnes
beatos locante.
Quinta erit de liberatione certissima

ab omni pena tristante.

Declarandū nanqȝ est in pͣma cō
sideratione quātum sit gaudiū
beatoꝝ in anima quietata ꝑpt adepti
onem beatitudinis. Cuius obiectuȝ
est ipse deus:q̄ ꝯsistit in tribus dotibꝰ
anime:⁊ ad habendā huius notitiam
tres ponemꝰ ꝯclusiones.

Prima conclusio est ꝙ finis humane
vite atqȝ perfectio sit ipsa beatitudo.

Secūda ꝯclusio est ꝙ omnes appetūt
beatitudineȝ in generali.

Tertia ꝯclusio est ꝙ beatitudo haberi
in hac vita non potest.

Pro declaratione pͣme ꝯclusionis est
sciendum ꝙ omnia que fiunt: fiūt ꝑpt
aliqueȝ finem. ideo inquit Arl.2. phy
sicoꝝ. Omnia ordinanť ꝑpter finem
⁊ ꝙ non solū intellectꝰ: ꝟ etiā natura·
agit ꝑpter finem: ⁊ 2°. metaphysice
idem dicit. Finis est causa causarum.
Finis necessitat agens: ⁊ in causis effi
cientibus essentialiter ordinatis ē de
venire ad efficiens pͣmum. ⁊ ibidem.
Qui ponunt ꝓcessum in causis fina
libus: in infinitum auferunt naturaȝ
bōi. ⁊ 2°. physicoꝝ dicit ꝙ finis habȝ
naturā optimi: ⁊ ideo ponentes pro
cessum in causis finalibus in infinitū
auferunt finē. Finis tamen duplex
dicitur ſm Bonauētura in 2°. di. 15.
vȝ finis ſb fine: ⁊ finis pͥncipalis ⁊ vl
timus. Finis ſb fine est ipse homo: vt
dicit Arl.2. physicoꝝ.c.2. Sumꝰ finis
quodāmodo omnium eoꝝ que sunt.
Nam cūcta creauit deus ꝑpt hominē
vt testať ps. Omnia ſbiecisti ſb pedi
bus eius zc. Finis pͥncipalis ⁊ vltimꝰ
est deus: ad cuius glorie nō augmen
tationem in se: ꝟ ostensionem cuncta
creauit. vȝ. hominem angelos: vt glo
rificarenť ⁊ beatificarenť. ideo inqͭ
magister sententiaꝝ. di. pͣma secūdi.
Fecit deus creaturā rōnaleȝ vt sūmū
bonum intelligeret. Summum bo
num vero deus est: vt dicit Isidorus
de sūmo bono pͣmo. c. ideo ipse deus
est finis nostre perfectionis. Testať
hoc Ricardꝰ. di. 49. quarti. ⁊ etiam
Sco. ibidē. ⁊ sanctus Tho. pͣma 2ᵉ. q
pͣma. Ob illud enim sūmus opifex ad
hoc vt hunc finem consequať nō de
finit illum iuuare. ideo cuncta bn̄ficia
que deus homini tribuit etiā aduer
sa: que importabilia quibusdam videť
ideo fecit vt homo cognoscat creato
rem: beatificatorem: gubernatorem:
defensorem: etiam diligat glͥficatorē
Aug. de ci. dei. li. 8. c. 2. Finis boni ap
pellatur quo quisqȝ cū puenerit beatꝰ
est. Ad secundam nūc ꝯclusionem
deueniendo aduertendum est ꝙ ipse
deus naturaliter vnicuiqȝ indidit: ꝙ
appeteret beatitudinem. Sed pleriqȝ
arguunt coñ sic per illud dictū Aug.
.10. de trini. c. pͣmo. Firmissime noui
mus amari nisi nota non posse. dicit
nāqȝ in tertio de anima ꝙ bonuȝ ap
prehensum est obiectum appetitus: ꝟ
vt dicit Aug. 12. de trini. Beatitudinē
nō omnes nouerūt: quia quidam po
suerūt in voluptate: quidam in ꝟtute
animi: quidam in aliis rebus. Idem
etiam dicit. arl. pͣmo ethicoꝝ. 6. c. ꝗ
non omnes appetunt beatitudinem.
probať. Essentia beatitudinis ē visio
diuine essentie. sed aliqui opinantur
hoc esse impossibile: ꝙ deꝰ p essentiā
ab homine videať: vn̄ hoc ñ appetūt
ꝗ non omnes appetunt beatitudineȝ

probatur adhuc. Arl. dicit. 10. ethicorum. c. 8. Felicitas est operatio intellectus secundum propriam virtutem: sed non omnes appetunt operari secundum virtutem: cum multos videamus laborare circa vitia. ergo etc. Dicendum secundum Ricardum et Scotum in quarto. di. 19. et beatum Tho. prima secunde. q. 5. quod beatitudo potest dupliciter considerari. videlicet primo in generali secundum communem rationem beatitudinis: inquantum est bonum quoddam sufficientissimum voluntatem satians. Alio modo in speciali: inquantum est illud in quo consistit secundo modo: non omnes cognoscunt: nec appetunt beatitudinem. Sed primo modo beatudo omnibus est nota et omnes illam appetunt. Hinc Aug. 13. de trinitate. 8. c. Ad appetendum beatitudinem natura compellit. Tibi summe bonus creator hoc indidit. Et ibidem dicit Si vnus dixisset: omnes beati esse vultis: miseri esse non vultis: dixisset aliquis quod nullus in sua non cognosceret voluntate. Et Boetius libro. tertio. Omnis mortalium cura quam multiplicium studiorum labor exercet: diverso quidem calle procedit: sed ad vnum tandem beatitudinis finem nititur peruenire. Hec ille. Sed nonnulli superbientes in quo consistit vera beatitudo nolunt attendere: ideo conantur lucrari pecuniam ibi credentes esse beatitudinem. Exemplum patet. nam si quis vellet emere aurum: et ostenderetur ei auricalcum: quod non cognosceret: emeret pro auro: et si queras quid vis emere. respondet aurum: licet ei ostendes auricalcum. Sic dicens auaro: quid vis: dicet beatitudinem: quid vis paradisum. paradisum autem dicet pecuniam: quia ibi credit quod sit beatitudo etc. Sed decepti sunt: vt patebit inferius Nonnulli etiam percipientes in quo consistat beatitudo: cum talis perceptio sit ex munere gratie facti sunt sibimet ipsis sapientes: et voluerunt bene operari. Et sic patet predicta responsio ad primum argumentum. Sed adhuc est notandum circa beatitudinem in generali videlicet si aliquis querat. quomodo cognoscitur beatitudo in generali. dico quod innata est illa cognitio. Et si queratur quidquid dico quod sufficientia cognoscitur per indigentiam. Si opponatur quod priuatio non est via cognoscendi habitum: dicendum quod est quedam indigentia omnino priuans: quedam disponens et inclinans et hec est ratio cognoscendi. posset tamen dici quod cognitio beatitudinis et multarum rerum naturalium nobis est innata. et si dicatur quod anima est vt tabula rasa: hoc intelligitur solum quantum ad species et similitudines quas querit per sensus. Hec Bona. in quarto. di. 49. ad argumentum secundum est dicendum quod cum voluntas assequatur apprehensionem intellectus seu rationis: sicut contingit quod aliquis est idem secundum rem: quod tamen est diuersum ratione considerationis. Ita contingit quod aliquid est idem secundum rem: et uno modo appetitur: et alio modo non appetitur. Beatitudo ergo potest considerari sub ratione finalis boni perfecti: et sic naturaliter voluntas est in illud: vt dictum est. Potest etiam considerari secundum alias speciales considerationes. vel ex parte ipsius operationis: vel ex parte potentie operatiue: vel ex parte obiecti: et sic non ex necessitate voluntas tendit ad ipsam.

Ad tertium argumentum dicitur ꝙ
q̄uis multi in speciali operentur ma
lum: verūtamen in generali omnes
appetunt operari bonum.
¶ Tertie ↄclusionis nūc sequitur de
claratio. ⁊ quoniam demonstratum
est omnes appetere beatitudinem: ⁊
nonnullos errare: ⁊ vt talis error de
ipsorum mentibus euanescat: demon
strabimus ꝙ beatitudo in hac vita
haberi non potest triplici rōne.
Primo rōne miserabilitatis.
Secūdo rōne mortalitatis.
Tertio rōne capacitatis.
¶ Primo inquam rōne miserabilita
tis. Beatitudo equidem vt ait Boe
tius in .3. de con. status est omnium
bonorum aggregatione perfectus.
Sed talis status in mundo seu in
hac vita haberi non potest: ideo bea
titudo etiam haberi non potest. Qꝛ
in hoc mundo talis status nō reperi
atur patet: si consideremus ea in qui
bus credunt beatitudinem reperire.
vtputa diuitias: honores: gloriam: po
tentiam: sanitatem: voluptatem: mū
danam scientiam. filiorum ⁊ parentū
solatiuꝫ: ⁊ similia: in quibus plerique
confidunt. in quibus omnibus ꝙ sint
miserie declaratur Job. i3. cum dicit
homo natus de muliere breui viuēs
tempore replet multis miseriis. Ber.
libro. de improbatione vitiorum. c. vl
timo. Omnia que cernis vanarum
gloria rerum Umbra uelut tenuis ve
lociter cuncta recedunt. Et Augusti.
libro de simbolo tractatu. io. Ecce ru
inosus est mundus. ecce tantis cala
mitatibus repleuit deus mundum.
Ecce amarus est mund⁹: ⁊ si sic ama
rus: quid faceremus si dulcis esset.
O munde imunde tenebras pariens
quid faceres si maneres. quem non
deciperes dulcis: si amarus alimētā
mentiris. Et Augustin⁹. 9. de ciuitate
dei. Omnes inquit homines q̄ꝫ diu
in orbe mortales sunt: miseri sunt. Et
Boetius in secūdo. Quā multis ama
ritudinibus humane felicitatis dulce
do repleta est: que ⁊ si fruenti iocūda
esse videatur: tamen quo minus lon
ge cum velit abire: retineri non possit
Et quia hec materia ꝓlixius tractan
da erit: cum predicabimus de contē
ptu mundi. ideo aurelij Augustini au
ctoritatem discurramus ex. 22. c. 22.
li. de ciuitate dei sumptam. Queratur
ibi Aug. numerata mala ↄmunia bo
nis ⁊ malis: ideo concluditur ex hac
ꝑma rōne ꝙ in vita pn̄ti vera beati
tudo haberi non potest.
¶ Secūdo inquantū illud ostēditur
rōne mortalitatis. inquit Augustin⁹
.i3. de ciuitate dei. c. 7. Beatitudo si
ne imortali esse nō potest: sed in hac
vita quilibet est mortalis. ergo ꝛc.
O fatuitas excecans hominum men
tes. O inquam labilis humana mise
ria. O vita vmbratica quanta stulti
tia est in hominibus huius seculi: cuꝫ
mundum non contemnunt. Uilipē
dunt celestia: colunt autem terrena:
cum omnia in morte deficiant. Ideo
hoc considerans Augustinus in ꝑma
parte supputationuꝫ. vbi sic ait. Uita
hec vita misera: vita incerta. vita la
boriosa. uita imunda. uita domina
malorum. regina superborum: plena
miseria: ⁊ erroribus: q̄ue non est dicē
da vita: sed mors. in qua momentis

singulis morimur per varios mutabi litatis defectus: diuersis generibus mortuum. Nunq̄ ergo quãdiu viui mus in hoc mundo possumus dicere vitam quam humores tumidant: do lores extenuant: ardores exiccãt: aera morbidant: esce inflant: ieiunia mace rant: ioca dissoluunt: tristitie consu munt: sollicitudo coartat: securitas ebetat: diuitie iactant: paupertas deiĉ iuuentus extollit: senectus incuruat: in firmitas frangit: meror deprimit: ⁊ his omnibus malis mors furibũda succedit. similiterq̄ gaudio istius mi sere vite finem preponit: ita vt eũ eē desierit: nec fuisse putatur. Hec ille.

Nō demissa hui⁹ vite. Aug⁹. ...

Item Augustinus libro soliloquioꝝ dicit. Uita mea vita caduca: vita que quanto magis crescit: tanto magis decrescit: quanto magis ꝓcedit: tan to magis ad mortem accedit: vita fal lax ⁊ vmbratica plena laqueis multis nunc gaudeo: sepe tristor: nunc vigilo iam infirmor: nunc viuo statim mori or: nunc felix appareo semper miser: nunc rideo iã fleo. sicq̄ omnia muta bilitati subiacent: vt nil vna hora vno statu permaneat. hinc timor. hinc tremor: hinc fames hinc sitis: hinc ca lor hinc frigus: hinc langor inde do lor exuberat. Subsequitur his omni bus inopinata mors: que mille mo dis miseros homines quottidie rapit hunc necat febribus: illum opprimit doloribus: hunc consumit fame. illũ siti extinguit. illum vero suffocat aq̄s hunc perimit flãmis: hunc interemit laqueo. illum dentibus bestiarum for tium deuorat. hunc trucidat ferro. illum veneno corrumpit. alterum vo tantũ repentino terrore miseraꝫ vitã finire compellit. Et nunc super hec omnia magna est miseria: quia nihil sit certius morte: ignorat homo finẽ suum: ⁊ cum stare putat: tollitur ⁊ pe rit spes eius. nescit autem homo: qñ vel vbi: vel quomodo moriatur: ⁊ ta men est certum ꝙ eum mori oporte at. Hec ille. Quare vita presens bea ta esse minime potest. Pro his omni bus ⁊ declaratione dicas exemplum de tot dieb⁹ nostris interfectis absq̄ culpa: de expulsione a patria. de per ditione terre sancte: de igne in terra tarrentina. de ruina domus in ciuita te bicteti. de igne ꝓpe tranum. de suf focatis ꝓpe brosti in quatuor galeis ventorum. de illo quem comedit pi scis: quando natabat in terra idronti de illo qui cecidit de equa sb̄ rota cur rus ꝓpe ecclesiam cathedralem Licii. Et ideo hieronymus in suo felici trã situ ait. O vita mundi non vita: sed mors: vita fallax: vita cõmixta tristi tiis imbecillis ⁊ vmbratica: uita pri uans uita cui inest uita fragilis: uita momentanea ⁊ caduca: que quanto magis crescit tanto magis decrescit. Cum plus ꝓcedis: tãto plus ad mor tem ꝓpinquas. O uita plena laqueis quot in mundo homines in laqueos tenes. quot per te iam sustinent tor menta infernalia. q̄ꝫ beatus est qui tuas cognoscit fallacias: q̄ꝫ beatior q̄ de tuis non curat blanditiis: q̄ꝫ bea tissimus qui te bene ꝓuatus est. meli or est negotiatio eius auro ⁊ argẽto Hec ille. ⁊ hieronymus ad matrem ⁊ filiam in galiis cõmorantes. Stadiũ quoddam est hec uita nostra mor tal

in qua bellum quottidie gerimus: quia milicia vita hominis super terram. Quis inter serpentes scorpiones tutus ingreditur: vel secure dormitat. Quis dulces iuxta vipas sonos capit Nam et si semper non percutiat: tamen sollicitat. Securius est ergo perire non posse quam iuxta periculum non perisse. Hec ille.

¶ Tertio potest illud ostendere ratione capacitatis. Fecit profecto deus animam ad imaginem suam et similitudinem. Et vt inquit Augustinus .14. de trinitate. octauo capitulo. Eo anima imago dei est: quo eius capax est et particeps esse potest. Cum ergo deus sit infinitum bonum: nullum bonum creatum sufficere potest ad omnem humani appetitus perfectionem. ergo non potest habere perfectam quietem: nisi illam habeat in summo: qui deus est. Et hoc quod dicit Augustinus libro primo confessionum. prope principium. Fecisti nos domine ad te: et inquietum est cor nostrum: donec quiescat in te. Psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et hoc dicit Ricardus vt supra. quod sine clara dei visione non potest haberi beatitudo. et ratio est: quia vt inquit Augustinus. tertiodecimo de ciuitate dei. capitulo quinto. Beatus non est nisi qui habet que vult: scilicet naturaliter: et non voluptuose. Perfectio autem vniuscuiusque attenditur secundum rationem sui obiecti. obiectum autem intellectus est quidquid est. idest secundum essentiam rei. vt dicitur tertio de anima. vnde in tantum procedit perfectio intellectus: inquantum cognoscit essentiam alterius rei. Si ergo intellectus aliquis essentiam alicuius effectus: per quam non possit cognosci essentia cause: vt si sciat de causa quid est non dicitur intellectus attingere ad causam similiter quamuis per effectum cognoscere possit de causa an sit: et ideo remanet naturaliter homini desiderium cognoscit effectum: et scit eum habere causam: vt sciat etiam de causa quid est. et illud desiderium est admirationis: et causat inquisitionem. vt dicitur in principio metaphysice. puta vt si aliquis cognoscens eclipsim solis considerat quod ex aliqua causa procedit: de qua quia nescit admiratur: et admirando inquirit: nec ista inquisitio quiescit: quousque perueniat ad cognoscendum essentiam rei. Si ergo intellectus humanus cognoscens essentiam alicuius effectus creati: et non cognoscat de deo nondum perfectio eius attingit. Similiter ad primam causam: sed remanet adhuc ei naturale desiderium inquirendi causam: vnde nondum est perfecte beatus. Ad perfectam igitur beatitudinem requiritur: quod intellectus pertingat ad ipsam essentiam prime cause: que est nobilissimum intelligibile: et sic perfectionem suam habebit per vnionem ad deum sicut ad obiectum in quo solo beatitudo hominis consistit. vt supra dictum est. Ex his omnibus elicitur quamuis non sit perceptibile quantum erit beatorum gaudium: ipsum deum intelligendo: quod intelligere dicitur clara dei visio: et vna dos anime: ex qua alie sequuntur. videlicet

dos fruitionis: et dos secure tentionis. He dotes erunt beatis ratione obiecti participati. Sed qualiter gaudium erit ex his patet: si declarabimus quid sint he dotes. Ricardus vtiqꝫ vbi supra dicit de prima dote. Dos visionis est quidam habitus luminosus in intellectu: quo eleuatur ad clare deum videndum.

prima dos

Primo videbimus deum sicuti est.
Secundo deū incarnatū.
Tertio deū finē nostrū.

Primo videns deum anima beata in sui sbstantia videt quod oculus nō vidit: nec auris audiuit. zc. Quis nāqꝫ poterit explicare qꝫ pulcher: qꝫ bonus: qꝫ pius: qꝫ benignus zc. sit creator. Deficit certe sensus: non sufficit intellectus hoc in mundo excogitare in creaturis: nihil sunt respectu creatoris. Ideo Augustinus in libro soliloquiorum. Ue cecis oculis qui te non uident sol illuminans celum ⁊ terrā Ue caligantibus oculis qui te videre non possunt. Ue aduertentibus oculis vt non videant veritatem. Ne queunt enim oculi assueti tenebris sūme veritatis radios intueri: nec sciunt de lumine aliquid extimare: quorum est in tenebris habitatio: tenebras vident. tenebras diligunt. tenebras approbant: de tenebris euntes in tenebris nesciunt ubi corruāt. Ideo nāqꝫ ⁊ si mortales miseri conspicerent quāta sit creatoris dulcedo: nihil aliud gustarent de mundo: quid est deus: qualis est aut quantus: cum sit infinitus certe comprehendi nequaquam potest. verum de ipso noticia aliqua haberi potest; si consideremus: que ipse fecit atque creauit. Ideo sapientie quartodecimo. A magnitudine speciei ⁊ creature cognoscibili poterit creator horum videri. Et Isidorus de sūmo bono libro primo. capitulo quarto. Sepe ad incorpoream creatoris zc. Ibi videas obsecro quot in mundo fuerunt homines sunt ⁊ erūt quot ipsorum gaudia. quot leticie. Quot exultationes. Quot felicitates de diuitiis. de deliciis. de coreis. de odoribus. de coloribus. de saporibus de honoribus: de ceteris: propter que humani nostri sensus delectari solent ⁊ animam ⁊ omnia simul collige: ⁊ cum simul ea collegeris: inuenias nihil esse respectu gaudij: quod habent beati de visione diuina. O lumen incomprehensibile. O summa maiestas dei: quomodo potero te in hoc mundo aliqualiter sentire. O anime vultis aliquid videre de imagine creatoris: audite quid asserit Augustinus libro soliloquiorum. qui deum multis modis quesiuit. ait enim sic. Circuiui vicos ⁊ plateas ⁊ huius mundi ciuitates querens te: ⁊ non inueni. Quare.

Male querebam foris quod erat in tus. Misi nuncios meos omnes sensus exteriores: vt quererent te: ⁊ non inueni: quia male querebam. Uideo enim. Lux mea deus quare illuminasti me: quia male per illos querebam: quia tu es interius: ⁊ tamen ipsi vnde intraueris nescierunt. Naz oculi domine dicunt si non fuit colozatum per nos non intrauit. Aures dicunt. Si sonitum non fecit per nos non intrauit. Nasus dicit. Si non oluit per me non venit.. Dicit gust⁹. Si non sapuit per me non intrauit. Tactus etiam addit. Si corpulentus non est: nihil de hac re me interroges. Non ita sunt deus meus. Non enim corporis nec decus temporis: net candorem lucis vel colorem: vel dulcium melodiarum cantus: ⁊ quecunque dulce sonantia: non florum ⁊ vnguentorum vel aromatum odores: non mella vel manna gustui delectabilia. non cetera que ad tangendum vel ad amplexandum amabilia nec omnia alia sensibus his subiecta quero: cum deum meum quero. Absit: vt ita crediderim deum meum esse: que etiam brutalium sensibus comprehenduntur. Et tamen cum deum meum quero: quero nihilominus quandam lucem super omnem lucem: quam non capit oculus: quam vocem super omnem vocem: quam non capit auris. Quendam odorem super omnem odorem: quem non capit naris. Quandam dulcedinem super omnem dulcorem: quem non sapit gustus. Quendam amplexum super omnem amplexum: quem tactus non tangit. Et interioris quidem hominis mei torquata lux fulget: vbi locus non capit ista vox sonat. Ubi tempus non capit. Odor iste redolet vbi flatus non spargit. Sapor iste sapit vbi non est edacitas. amplexus iste tangitur vbi non diuellitur. Hic est odor meus: ⁊ non extimabitur alius ad illum. Et ita circuibam enim omnia querens propter te ⁊ propter omnia derelinquens me interrogaui terram: si esset deus meus. Et dixit mihi non. Et omnia que in ea sunt: hoc idem confessa sunt. Interrogaui mare ⁊ abissos: ⁊ reptilia: que in eis sunt. Et responderunt. Non sumus deus tuus: quere super nos. Interrogaui stabilem aerem. ⁊ inq̄t fallit̄ labor tuus. nō sum ego deus. Interrogaui celum lunam: ⁊ stellas. Nec nos sumus deus tuus inquiunt. Et dixi omnibus his qui circunstant foris carnis mee. Dicite mihi q̄d vos non estis. Dicite mihi aliquid de illo. Et exclamauerunt omnes voce grandi. Ipse fecit nos.

Interrogaui proindemundi molem dic inquam mihi si deus meus es: an non. Et respondit voce forti. Nõ sum. inquit ego: sed per ipsum suz ego quem queris in me: ipse fecit me: su per me quere qui regit me: qui regit ⁊ te. Hec ille. O magna igitur dul cedo mentis: quando tot Augustinus considerat. Nempe magnus ei vide tur dominus ⁊ laudabilis nimis. Ideo Isa. trigesimo tertio. Regem in decore suo videbunt. Ecclesiastes. quadragesimo pmo. Dulce lumen ⁊ delectabile est oculis videre solem: ⁊ tanta erit leticia in visione gratiose essentie diuine: ꝙ potius sancti dei vellent in inferno esse deum videre: ꝙ̃ in paradiso: ⁊ deum non videre: ⁊ in penis ꝙ̃ extra penas deum non videre. Grisostimus. Ego dico mul to grauior est ꝙ̃ gehenna cruciatus remoueri ⁊ abici ab illa gloria: nec puto ita acerba esse gehenne incẽdia vt sunt illa quibus torquentur hi qui arcentur a conspectu dei. Bernardus Re vera illud est sũmum ⁊ verum gaudium: quod non de creatura: sed de creatore concipitur: quod cum pos sideris: nemo tollet a te: cui compa rata omnis aliunde iocunditas mae ror est, omnis suauitas dolor ẽ: omne dulce amarum: omne pulchrum feti dum. omne postremo quod eum ali quid delectari possit molestum cum dei bonitas in infinitũ excedat omnẽ bonitatem creatam. delectatio que erit in preceptione ĩmediate illius bo nitatis ĩ infinitum melior erit omni p̃ ceptione create bonitatis. Johãnis decimo octauo. Hec vita eterna vt cognoscant te: scilicet deũ ⁊ quem mi sisti Jesum Christũ n. Augustinus su pra secundam cor. duodecimo. Ibi beata vita in fonte viuo bibitur. ⁊ vn de aliquid expargitur huic humane vite. Ideo propheta Dauid dicit. Queadmodum desiderat ceruus zc. Omnes delitie que sunt in toto mũ do uelut minime gutte sunt aque: que fluxerunt ab illo sacro fonte tri nitatis. Ue ergo inimicis dei qui di mittunt infinitam dulcedinem ⁊ bo nitatem pro minima sintilla que ver tetur in amaritudinem. Jeremias. Dereliquerunt me fonte aque viue.

¶ Secundo videbimus deum incar natum. vnde Bernardus. Plenum prorsus omnis suauitatis uidere ho minem hominis conditorem. Profe cto nimia leticia erit uidere Christum tanꝙ̃ gloriosum deum ire per paradi sum. Unde Scotus in quarto. di. quadragesima nona dicit. ꝙ Christ⁹ potest se mouere regaliter sicut rex in celo empireo.

¶ Tertio uidebimus ipsum nostrum finem. uidebimus ipsum factorem: creatorem sicut unus ex nobis ⁊ hu manam naturam exaltantem super angelos. Et hec erit prima dos ani me.

¶ De secunda dote inquit Ricardus in quarto di. ubi supra. ꝙ dos fruiti onis ⁊ perfectus caritatis habit⁹ quo anima fruitur deo. sed notandum q̃ð Bonauentura in secundo. distinctiõe pma. inquit. ꝙ frui potest tripliciter ꝯsiderari. ¶ Primo ꝯmuniter put dicĩ

3ª dos.

motum cum delectatione require in sermone precedente in tertio fructu. De tertia dote inquit Ricardus vbi supra. dos tentionis est habitus per fectus:que voluntas est perfecte secu ra de tentionis predicte pperpetuatione Quid plura. sursum corda. et leuemus de tenebris vite huius: et dulcedinem paradisi et contemplationez deguste mus: quia nihil arbitror dulcius: quam tanta cogitatione prepediri. Exemplum fratris Egidij. Exemplum fratris Ber. de quinta valle.

Secunda consideratio est de ex celsa gloria corporis nostrum do tante. in qua videbimus quanta erit hominis gloria in ipso corpore. idcir co notare debemus: quia vt dicunt doctores quatuor erunt corporis dotes

- Prima claritatis.
- Secunda subtilitatis.
- Tertia agilitatis.
- Quarta impassibilitatis.

Prima dos corporis erit claritatis nam corpus glorificatum propter virtutem temperantie illustrabit totum paradi sum sua pulchritudine et dignitate. Certe lumen stellarum et solis respe ctu corporis Jesu gloriosi modicum erit. Dicit enim Ricardus quod non erunt eiusdem speciei: sed secundum prophetam fulgebunt iu sti sicut sol: et lux solis erit species du plicata post iudicium. Isa. xx. Cogi ta ergo in quanta gloria consedebunt qui in hac vita lubrica temperate vi xerunt. Unde Sco. ubi supra. quod color claritatis corporis erit clarus secundum complexionis sue gradum: et variatur colore: ita quod omnes colores erunt de lectabiles secundum diuersitatem sen suum et proportionem: et sicut beatus clarius videbit in anima: sic deus vi debitur clarius ab eo. Et sicut est alia claritas stelle a stella: et lumen solis: sic et corpora beatorum. Corpus beati erit porosum. Itaque per poros erit vi sibile oculis: et sic per illos poros mul tiplicabitur species vsque ad oculum beati.

Secunda dos erit subtilitas: quam habebunt beati. s. propter prudentiam ordinando presentia et futura ad ho norem dei: contra quam nihil potest contra se ponere. Et habebit duas subtilitates. Prima subtilitas est anime Non enim erit secretum in hoc mun do in inferno: in plateis: in scientiis naturalibus: quod non sciat: quia secundum Gregorium. 4. dialogorum. Quid est quod nesciat ille qui scit scientem omnia. Secunda subtilitas erit corpo ris. Erit enim corpus subtile penetrans sine fractione secundum Scotum: sicut Christus transiuit ianuis clausis: et cor pus glorificatum potest esse simul cum corpore non glorificato: quia non est penetrabile. Unde ps. In nomine tuo transgrediar murum.

Tertia dos erit corporis agilitas: que sibi competit propter iusticiam. ideo in instanti quocunque vellet accedere ibi erit: quia secundum hoc non mi nus erit expedita anima a corpore: quam sine corpore. Et dicit Scotus quod beati ex fortitudine leuabunt ita agili ter magnum montem: sicut vnam pennam.

Quarta dos erit impassibilitatis.

quia nullum malum patientur: ꝛ h̄
erit gloria beatorum corporum vide
re se in gloria claritatis s̄btilitatis agi
litatis ꝛ impassibilitatis. Et dicit
Scotus ꝙ omnes sensus tam spiri
tuales q̄ȝ corporales erunt in sua per
fectione. Uidebit nāqȝ anima deum
per claram visionem. Odorabit deū
per transformationem: audiet deum
per sue voluntatis impletionem. Ex
his sensibus in anima glorificata re
dundabit gloria in sensibus corporis
gloriosi: ꝛ quanto magis anima erit
glorificata a deo in sensibus suis: tan
to in corporeos sensus in maiorem
gloriam redundabit. Primo quidē
visus erit tante perfectionis: ꝙ ab ex
trinseco non poterit corrumpi vel im
pediri. Nam sine obstaculo videbit
cuncta corpora. vnde duodecim nobi
litatibus erit decoratus. Primo qui
dem videbit intra sic̄ extra: ꝛ omnia:
ꝛ corda ꝛ corporis armoniam: atqȝ
interiorum membroꝝ dispositionem
vt dicit ↄmentator super angelicam
ierarchiam.

Secundo videbit oculus s̄btus: si
cut supra. Tertio videbit de longe
sicut ꝓpe. Quarto minima sicut ma
gna. Nam videbit beatus in oriēte
ac si ipse maneret in occidente. Quin
to superiora oculos non leuando.
Sexto inferiora oculos non inclinā
do. Septimo videbit diuersa obiecta
ꝛ quasi infinitos radios tanq̄ȝ vnum
ꝛ quasi vnitos. Octauo videbit q̄dli
bet obiectum ꝛ quodlibet predictorū
quasi infinitoꝝ radioꝝ ab altero se
paratū. Nono videbit in nocte: sicut
in die. Decimo oculis clausis sicut ap
tis. Undecimo absqȝ labore aliquo: ꝛ
infatigabili omnia supra dicta. vnde
Isa. 60. Tunc uidebis ꝛ afflues ꝛ mi
rabit̄ ꝛ dilatabit̄ cor tuum. Duodeci
mo auditus perficiet̄. nam nullum
auditus obstaculū poterit impedire:
uł ↄturbare. in tribus maxime ꝑfect⁹
erit. Primo nāqȝ audiet omnes insi
mul sonos ꝛ uoces ꝛ omnes cantus
totius celestis curie sine reuerberatio
ne aeris. Secundo discernet in his
unū ab altero ita distincte: ꝙ nullus
cantus sonus aut uox poterit ab alt̄o
impediri. Tertio audiet ita de lōgo:
sicut de ꝓpe. Quarto autem gustus ꝛ
tactus in p̄nti uita similes quodāmō
dici possunt. Nam gustus particula
ris est tactus quidem in omnibus s̄b
iectis. i. sensuū in partibus s̄biectiuis.
Gustus autem nō erit in p̄ria in ali
quo actu: qui deseruiat nutrire: sed tn̄
inquantū est apprehensiuus saporuȝ
redundabit quedam dulcedo anime
in sensu gustus: ꝛ b̄m quosdam cau
sabit in lingua ꝛ gustu beato quādā
suauissimā humiditatē atqȝ illum sa
porem: qui correspōdeat ꝑfectior illi⁹
cui⁹ erit ligua. Ric. tamē sentit ꝙ tal̄
humiditas in palatu ꝛ gustu aut fiet
a deo per creationē. aut creabit̄ in ea
ex ui beatitūdinis anime. exemplū de
sanctis patribus: qui tantum paruum
comedebāt. exēplū de beato Frācisco
q̄ ieiunauit ī lacu perusino. exēplū de
Ma magdalena. 5° tact⁹ perficietur
atqȝ ī expectabili delectatiōe iocūda
bit̄: q̄a nēpe iocūdissima suauitate ad
herebit deo. hic q̄dē ē ꝙ corpi suo iū
ctā hāc iocūdissimā adherētiā illi ipti
et̄. Sȝ q̄a anima gloriosa erit in toto

suo corpore gloriosa: hinc est quod gloriam suam toti corpori communicabit per experientiam tanti altissimi et gloriosissimi sensus: quod in presenti vita nõ potest bene intelligi aut credi: nisi ab illis qui privilegium singulare excessive toto corpore aliquam divinam dulcedinem experimentaliter experti sunt. Talis autem perfectio predictorum procedet: quia voluntas subiecta deo corpori et eius sensibus ad libitũ imperabit. Corpus vero cum sensibus suis anime sicut anima deo obediet.

Tertia consideratio de amena patria omnes beatos locante. Nam ut dicit Paulus ad Ro. iz. Que sunt a deo ordinatissima sunt. et Arl. septimo physicorum tertio capitulo. Nihil inordinatum que natura et secundum naturam sunt. et iconomicorum libro primo in fine. Oportet unũ quodque loco suo poni illud. propterea omnipotens deus locum mirificum ad habitandum nobis preparavit. Celum videlicet empireum. Celum namque istud inquit Bonaventura in secũdo. di. z. est locus spiritualium substantiarum et locus corporum glorificatorũ Verum philosophi de hoc celo nihil sunt loquuti: tamen via naturali etiã poterimus hoc celum percipere. Scriptura vero sacra illud exprimit: cum ait. In principio creavit deus celum et terram. Nicolaus de lira exponit de empireo: et hoc probat per litteram sequentem: quia firmamentum et celum antequam facta sunt secũda die. Et Damascenus hoc exponit. In principio creavit deus celum et terram. i. sine stellis sperice forme: quod autem illud celum sic ponẽdum ut Bonaventura ubi supra triplex ratio persuadet.

Prima est perfectio universi.
Secũda est propter motũ firmamẽti.
Tertia est habitatio hominis beati.

Propter perfectionẽ universi necesse est ipsum esse uniforme: quia cum sit celum luminosum diforme: si non esset uniforme: nõ esset completum propter motum firmamenti necesse ipsũ esse mobile ut motus mobilis fiat circa immobile. s. centrum et intra continens imobile: et locum: scilicet empireum Nã aristoteles dicit secundo de celo et mũdo. c. 4. in quolibet genere mobile supponit imobile: quia omne fluxibile a quo fluxus terminatur. sed corpus celi siderei ẽ mobile. ergo supra illud de necessitate. est ponere ultimũ corpus quod sit imobile: hoc quidem est empireum. Itẽ. io. metaphysice. c. z. et li. z. celi et mundi. 5. c. et in arismetica in multis locis. In quolibet genere in quo est ponere infinitum et mediũ: est ponere supremum: sed gradus in corporibus attenditur secundum perspicui et lucis. sed invenitur corpus opacum similiter ut terra: et similiter secundum totum opacum ergo si complementum est in corporibus debet esse corpus similiter et secundum totum luminosũ: Propter etiã habitationem hominis beati ponendũ est ipsum luminositatis perfecte. Nam cũ aliquis locus tenebrosus debeatur dãnatis pro opositũ lucidus debeatur beatis. procedet aũt letitia beatis propter tria

Primo propter loci luminositatem.
Secũdo propter loci puritatem.
Tertio propter loci magnitudinẽ.

Primo zc. qa dic Sco. in quarto. di. 49. Illud celum erit lumen plenissimum: ꝛ omni iocunditate gratiosum. Ideo clamat Thobias. 13. Beatus ero si fuerint reliqui seminis mei ad bibendu3 claritatem hierusalem. Certe si esset possibile vnam animam vidē gaudia illius vite certissime: despicēt infinita gaudia huius mundi. vnde augustinus libro quarto de libero arbitrio inquit. Tanta est autem pulchritudo iusticie: tanta est iocūditas lucis eterne: hec est incōmutabilis ꝟitatis atq3 sapientie: vt etiam si non liceret amplius manere q̄3 vnius diei mora propter hoc solum īnumerabiles āni huius vite plene delitiis ꝛ circūfluētia temporaliū bonorum recte meritoq3 contemnerent. Non enim prauo aut falso affectu dictum est: quoniam melior dies vna in atriis tuis sup milia. O igitur ceci mundani qui paradisu3 facitis de hoc mūdo: qui est paradisus asinorum: sursum corda. Hinc est q᷑ augustinus in libro silloquiorum. illā patriā considerans magna cum dulcedine dicebat. O regnum eternum: regnum omnium seculorum: vbi lumē indeficiens ꝛ pax domini: qui exupat omnem sensum: in qua sanctoru3 anime requiescunt: ꝛ leticia sempiterna super capita eorum: gaudium ꝛ exultationem obtinebunt: ꝛ fugiet dolor ꝛ gemitus. O q̄3 gloriosū est regnum quo tecum domine regnant omnes sancti amicti lumine sicut vestimento habentes in capite suo corona3 de lapide precioso. O regnu3 beatitudinis eterne: vbi tu domine spes sanctorum ꝛ corona glorie facie ad faciem videris a sanctis letificans eos vndiq3 in pace tua: que exuperat omnem sensū: vbi gaudium infinitu3: leticia sine tristicia: salus sine dolore: vita sine labore: lux sine tenebris: vita sine morte: omne bonum sine omni malo: vbi iuuentus nunq̄3 senescit: ibi vita terminum nescit: ibi decor nunquam palescit. ibi sanitas nunquam marcescit. Ibi gaudium nunquam decrescit: ibi dolor nunquam sentitur. Ibi gemitus nunquam auditur. Ibi triste nihil videtur. Ibi leticia semper habetur. ibi malum nullum timetur: quonia3 sūmum bonū possidetur: quod est semper videre faciem domini ꝟtutum. Hec ille. Non oportet ibi querere oleum pro lucerna: vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit illam. ꝛ lucerna eius est agnus: ꝛ ambulabūt in lumine eius.

¶ Secundo procedet beatis leticia propter loci puritatem. Non erunt ibi caligines: non lutum: non fetores non calores: non frigora: nō malitia: non paupertas: non tormēta ꝛ odia sed tota puritas: sanctitas: leticia. Apocalipsis vigesimo pͥmo. Non intrabit in ea aliq̄d coinquinatū: ꝛ sciēs abhominationem ꝛ mendacium. Et augustinus de vanitate mundi. Nō erunt ibi fames neq3 sitis: non frigus: nō estus: nulla tēptatio: aut peccandi voluntas.

¶ Tertio procedet beatis leticia ꝓpter loci magnitudinem. Si quis vellet ↄprehēdē magnitudinē: ꝛ incipiat ab his inferioribus numerare: q᷑a. rō. scribit

inuisibilia dei a creatura mundi zc. Considera q primo terram aquam aerem: ignem speram lumen: mercurium solem: venerem: martem iouem saturnum: stellarum celum et cristallinum et celum empireum. Istorum namque quodlibet alterum in decuplo superat in magnitudine et pulchritudine. Io. z. c. o israel quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius. Aug. de vanitate mundi dicit. Nil hoc loco magnificentius: nil gloriosius nil purius nil verius: nil ista bonitate sincerius: nil in abundantia copiosius. Exemplum in templo Salomonis et regine austri. z. R. io. c. Istorum autem regnum est regnum omnium seculorum dicendum et absque fine. O beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudant te. et Augu. li. solloquiorum inquit. O patria nostra: patria secura a longe videmus ab hoc mari te salutem ab hac valle ad te suspiramus et nitimur cum lachrimis: si quando ad te perueniamus.

Quarta consideratio de societate iocunda gaudium augmentat: quod patet ex tribus.

Primo ex societatis multitudine.
Secundo ex societatis nobilitate.
Tertio ex societatis amicabilitate.

¶ Primum gaudium erit zc. quia tanta erit ibi multitudo regum et reginarum: sanctorum et sanctarum et angelorum non sine magno tripudio videri poterunt. Apocalipsis. 7. Uidi turbam magnam: quam dinumerare nemo poterat. zc.

¶ Secundum gaudium erit ex societatis nobilitate. O quam mirabile erit videre tot mirificos sanctos et sanctas: videre Christum zc. Ideo Hieronymus ad Eustochium. Quotiens te vana seculi delectat ambitio: quotiens ibi videris aliquod gloriosum: ad paradisum mente transgredere et esse incipe quod futura es. Egredere paulisper de carcere corporis tui: et presentis laboris: mercedem ante oculos depinge: quam oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit.

¶ Tertium gaudium erit societatis amicabilitate. Nunquid in patria illa vnum est et equale omnium meritum Certe non. Iohannis. 14. dicitur. In domo patris mei mansiones multe sunt. glo. idest diuersa premia meritorum. Et prima cor. 15. Stella differt a stella in claritate. Hoc tamen intelligendum secundum Ricar. in quarto di. 49. cum discretione in beatitudine nanque est considerare beatitudinis obiectum .s. bonum increatum: quod et idem existens ab omnibus participatur et etiam ipsam dispositionem beatorum per quam istud bonum clare videndo et perfecte intelligendo ipsum participant. Ex parte quidem ibidem obiecti participati vnus non est beatior alio: quia propter merita capacior est. O miranda suauitas. dicit quippe Sco in quarto. di. vltima quod tanta est caritas inter ipsos quod vnus participat de bonis omnium: et quamuis naturali auctore quilibet plus se diligat quam alium: plus deum actu elicito: tamen tanta erit delectatio societatis quod quilibet non minus vellet pro alio bona quam pro se. quod si in hoc mundo multi posuerunt corpus in morte pro amico: certe multo maior caritas erit ibi. vnde Anselmus. Perfe

cta caritate innumerabilium angeloꝝ
⁊ hominum ibi nullꝰ minus diliget
alium: q̃ȝ se ipsum: nec aliter gaudebit
quisq̧ pro singulis q̃ȝ pro se ipso: vñ
in paradiso sunt tres qualitates san
ctorum. s. maiorum minorum ⁊ equa
lium: qui sunt in equali gloria redu
plicant eorum gloriam ab omni pte
quia cognoscunt se amari a quolibet
equali mensura. Maiores ṽo redupli
cãt eoruȝ gloriam ab omni parte: q̊a
cognoscũt se amari tãtum quantum
amant: sed quia gaudent de eorum
gloria pro quolibet sicut de sua ꝓpria
Minores ṽo reduplicant eorum glo
riam per eorum amorem: ⁊ magis co
gnoscunt illos se gloriosiores: ⁊ isti
minores vident aliquem ex gradibus
se gloriosiorẽ aliquem centum ⁊ hu
iusmodi infiniti: ⁊ pro quolibet redu
plicant quot vicibꝰ cognoscunt illos
gloriosiores se. Ex quo accidẽtaliter
gloria in sanctis multiplicabitur.
¶ Quinta ꝯsideratio de liberatione
certissima ab omni pena tristante.
Erunt enim liberi a triplici periculo.
¶ Primo a peccato. ¶ Secundo a mũdo
¶ Tertio ab inferno. ¶ Primo a peccato
erunt ita liberi: ꝙ amplius peccare nõ
poterunt. O quantus est seruis dei
timor in hac vita vt dicit Aug. in li.
de ciuitate dei. zz. c. zz. ne in peccatũ
ruant. Ibi autem timere non expedit
¶ Secundo a mũdo ⁊ suis malis. non
enim erit caro aduersus spũm: non
diabolus tentans: nõ pericula aliqua
ideo apoc. 7. Nõ esurient: neq̧ ampli
us. zc̃. Ideo Ber. O felix anima que
fetulẽte carnis superata miseria in hꝰ
sapiẽtie lumine requiescit. Ideo pau.
ad ro. 8. c. Heu me infelix homo quis
me liberabit de corpore mortis huiꝰ
⁊ Aug. li. silloquioꝝ dicit. Felices q̊
dem naufraga vita presenti ad tanta
gaudia iam peruenire meruerũt: infe
lices nos ⁊ miseri: qui per huius ma
ris fluctus magis ꝓcellosas voragies
trahimꝰ nauẽ ignorãtes an ad portũ
salutis peruenire valeamus: infelices
inquã quoꝝ est via in exilio: vita in
periculo: finis in dubio. Nesciẽtes fi
nem nostrum: quia omnia in futuruȝ
reseruãtur incerta: ⁊ adbuc in pelagi
fluctibꝰ ṽsamur suspirãtes ad portũ
Hec ille. ¶ Tertio ab inferno videbunt
se liberatos: ⁊ a tanta miseria: vbi sem
piternus est error: ⁊ dãnati cruciãtur
ex quibus omnibus colligitur ꝙ can
tabũt ⁊ glorificabũt deũ: ß quõ i celo
possit cantari multis nõ est clarũ: cuȝ
dicat Damascenꝰ de angelis. 8. Cõsi
lia sermone sine voce ꝓlato. ⁊ Isaias
ꝯtradicere vr̃. 6. Clamabũt alter ad
alterum. scũs. scũs. scũs. ad hoc dicit
Bonñª. in 2º. di. z. ꝙ in paradiso erit
laus mẽtalis ⁊ vocalis: pȝ h̊ q̊a multi
sãcti ab angelis cũ laudibꝰ vocalibꝰ
sunt delati. ß tñ tutiꝰ ẽ dr̃e ꝙ erit i an
gelis mẽtal': in hominibꝰ ṽo vtraq̧:
vt totus homo feraẗ in laudẽ diuinã
⁊ si q̃raẗ quõ põt h̊ eẽ: dic̃ ꝙ illa for
matio vocis nõ fiet ꝑ inspirationẽ ⁊
respirationẽ: ß ꝑ aerẽ: qui q̃si natural'r
erit beatis ꝯplãtatꝰ. sic̃ pȝ i q̊busdam
aialibꝰ: vt i apibꝰ: vl' certe ita deserũi
et ẽpireũ gl'ificatis sic̃ aer corpibꝰ nõ
gl'ificatis: ß ꝯsidẽmꝰ fr̃es carissimi q̃
⁊ q̃ȝta sũt q̃ nobis ꝓmittũẗ i celis: ad
quos nos ꝑducat ille q̊ viuit ⁊ regnat
in secl'a seculoꝝ. amen.

Incipit tractatus de diuina cari-
tate cōpilatus per Reuerēduz sacre
Theologie doctorē magistrum Ro
bertum de Letio ordinis minorum
in quo ostēdit cū omni ꝟitate sacre
sancte scripture: qualit deus bñdict⁹
q̄ꝫtum in se est omnibus peccatorib⁹
offert indulgentiā ⁊ remissionē pec
catorū neminē excludēs a saluti. via.

Venite ad me oms
q̄ laboratis ⁊ one-
rati estis: ⁊ ego re
ficiā vos. Verba
sūt redēptoris nr̄i
yh̄u xp̄i. Origialit
Mat. ii. c. Inextimabilē caritatē dei
qua hōines diligit impugnant sepe
numero hi qui a peccatis desistere
nolūt. Ipsi nāq̄ꝫ impio ac sacrilego
ore suo asserūt optimū deū fore cām
dānationis eoꝝ: quasi nec hominis
merita in aliq° ꝓsint: nec ipsis iniq̄s
sua malicia valeat imputari h̄ error
illusi pleriq̄ꝫ audaciā in malo ꝑseue-
randi suscipiunt: pn̄iāq̄ꝫ negligunt
delictoꝝ suoruz. Nihil inq̄unt interest
qualisquisq̄ꝫ sit: siue bonus siue mal⁹
cuz deus quosdā sic habeat odio: vt
etiā post diuturnā in ꝟtutibus ꝑma
nētiā reprobet. Quosdā aūt diligat
vt frequētata impietas sua antiq̄taq̄ꝫ
malicia ipsos nō ꝓhibeat saluos fieri
Contra huiusmōi genus hominum
acriter insistēdū esse cēsui. Ad quorū
cōfusionez decreui in p̄senti tractatu
de caritate dei ad hōines taz bonos
q̄ꝫ malos copiosius dicē. Ostendam
eq̄dē ꝙ q̄ꝫtū ē ex ꝑte diuine clemētie
null⁹ q̄ꝫtūcūq̄ꝫ sit scelestissim⁹ ac fla-
gitiosus expellit a salute: imo vt sic
dicā ꝙ oēs pctōres mūdi dulcissime
blāde ⁊ amorosissime inuitāt: vt salui
fiant: vt pꝫ in ꝟbis ꝓpositis in the-
mate nostro. Que ꝟba ⁊ si a christo
clamante in tēplo dicta sint: tamen
extēdūt ad quoslibꝫ pctōres: qui sūt
vel erunt vsq̄ꝫ ad ꝯsumationē seculi.
Clamat itaq̄ꝫ dn̄s yh̄s xp̄s ex abun
dātia caritatis sue: ⁊ dicit. Venite. ꝛc̄
vbi ꝓ instructōne nr̄a nōre possum⁹
7. ignitas flāmas de diuia caritate
erga miseros ingratosq̄ꝫ pctōres.

- Pria dr̄ facilitas. Cū dic. Venite.
- Scda dr̄ suauitas. Cū dic. ad me.
- Tertia dr̄ gn̄alitas. Cū dic oms.
- Quarta dicit multiplicitas. Cuz dic qui laboratis.
- Quinta dicit grauitas. Cū s̄biungit ⁊ onerati estis.
- Sexta dr̄ p̄ciositas. Cū s̄bdit. ⁊ ego.
- Septima dicit gratiositas. Cū con cludit. reficiam vos.

Et cū singulas has flāmas difficile
sit in vno s̄mone explicare dicemus
de ipsis in. 7. s̄monib⁹ bn̄ distinctis
In hoc ꝟo p̄mo p̄mā incipiam⁹ elu
cidare flāmam que dicit Facilitas.
Cuius sensus est ꝙ deus omnipotēs
neminez violētat neq̄ꝫ cogit vt salu⁹
aut reprob⁹ fiat: ⁊ cuz oēs sint liberi
facillime pn̄t saluari: que ꝟitas s̄b tri
plici cōclusiōe declarat.

- Prima dicit volūtatis.
- Secūda dicit gratiositatis.
- Tertia dicit exēplaritatis.

Caplm p̄mū q̄liter in libertate et
libera omniū volūtate est vt saluēt:
vel dānēt: ex quo cōcludit ꝙ si oms
mūdi pctōres volūt pn̄t se saluari: et

si nō saluant imputat ipsis.

PRima cōclusio dicit volūtati. q̄a cū omniū voluntas libera sit. Quicūq̄ volunt saluari saluant: Qui vero dānari dānat. Possunt q̄ppe oēs bñ ꝛ male facē sicut volūt. Nullusq̄ expellit ad vtrūq̄. ꝓbatur hᵒ p Aug. liᵒ. io. d ci. dei. c. io. vbi ait Sunt nostre volūtates ꝛ ipe faciūt q̄cq̄d volendo facimus: siue bonum siue malū qd nō fieret si nolemᵒ. Et idem in liᵒ. de liᵒ. arᵒ. ait. Uasis ire nūq̄ deus reddēt interitū si nō spōtaneū inueniret homo habē peccm Que ꝟba ponūt in decretl. zz. q. 4. cᵒ. Nabuchodonosor. Et hoc idem ꝓbat Aug. di. Illud. qd nōt. i5. q. i. cᵒ. Merito. cᵒ. Illa. cᵒ. Ex voluntate Et. 7. q. i. cᵒ. Sciendum. ꝛ. 56. di. c. Nasci. Peccatū est adeo volūtariū qd si non sit voluntariū nullum est peccatū. Idem dicit Chriso. zz. q. 5. cᵒ. Sicut. Sicut. n. peccatū inq̄t opᵒ sine voluntate nō facit: ꝛ iusticia ex ope non seruat nisi volūtas fuerit. De hoc dicit etiā gratianᵒ de pe. di. z. c. Sicut nisi. Nec ad vitia nec ad ꝟtutes necessitate trahit ꝫ volūtate Omnia tamē includit elegātissime Hiero. in q̄ōnibᵒ ad helbidiā vbi sic ait. Homines suo arbitrio derelicti sunt: neq̄. n. bonū necessitate faciūt: ꝫ volūtate vt credentes coronā acci piant: increduli suppliciis mancipēt. Et iteꝝ Hiero. eodē loco. Deus eq̄li cūctos sorte gñauit et dedit arbitrij libertatē vt faciat vnusq̄sq̄ qd vult: siue bonū siue malū. Iteꝝ dedit hominibᵒ ptātem vt vox ipsa disputet contra creatoreꝫ suū: ꝛ cās volūtati. illius pscrutet. hoc etiam confirmat Sapiens. eccl. i5. c. Cū dicit. Deᵒ ab initio cōstituit hominē: ꝛ reliquit eū in manu consilij sui. Uñ patē potest ꝙ hō sit liberi arbitrij. Alioquin ꝫm Tho. prima pte sūme. q. 83. Frustra essent consilia exortatiōes et p̄cepta ꝓhibitōnes p̄mia ꝛ pene: ꝟūtamen est sciendū. Or quedā agūt absq̄ iudicio: sicut lapis mouet deorsuꝫ: silr oi cognitiōe carentia. Quedā agūt iudicio ꝫ nō libero sicut aialia bruta. Indicat. n. ouis videns lupū eū esse fugiendū nāli iudicio ꝛ non libero: q̄a nō ex collectōe: ꝫ ex nāli instinctu hoc iudicat. Et simile est de quolibꝫ brutoꝝ aialiū: sed hō agit iudicio: q̄a p viꝫ cognoscitiuā iudicat aliq̄d esse fugiendū vel psequēdū. Et q̄a iudicium illud nō est ex nāli instinctu in pticulari opabili: sed ex collectōe rōis ideo agit libero iudicio potēs in diuersa ferri. Rō. n. circa ꝯtingētia hꝫ viam ad opposita: vt pꝫ in dialeticis sillogismis et rethoricis psuasionibᵒ Particularia āt opabilia sunt quedā cōtingentia: ꝛ ideo circa ea iudiciuꝫ rōnis ad diuersa se hꝫ ꝛ nō est determinata ad vnū. Et ꝓ tanto necesse est ꝙ hō sit liberi arbitrij: ex hoc ipso ꝙ est rōnalis: hec Tho. q̄bus verbis contingit illud dictū Tullij. liᵒ. p̄mo de officijs vbi dicit. Inter homineꝫ ꝛ belluā hoc maxime interest ꝙ hoc tm̄ q̄tū sensu mouet ad illud soluꝫ: qd adest q̄dq̄ p̄ñs est se adcomodat paꝝ admoduꝫ sentiēs pteritum aut futuꝝ. Homo āt q̄ñ rōis est pticeps p quā cōseq̄ntiā. i. cās finales ꝛ cās reꝝ. i. p̄ncipia vidꝫ earūq̄ ꝓgressus

quasi antecessiones nõ ignoret siles cõpat rebusq̃ p̃ntibus adiungit atq̃ ãnectit futuras facile toti⁹ vite cursũ vidz. Ad eãq̃ regẽdã p̃parat res necessarias. Hec ille. Ex qb⁹ omnibus clarissimũ est hominẽ id posse in bono ⁊ in malo qd̕ velit q̃n imo tãta ẽ hec libertas vt nullũ agens creatuz possit ip̃m liberꝫ arbitriũ cogẽ iuxta illud Ber. in li°: de libero ar°. Volũtas ꝓ ingeita sui nobilitate nulla cogit̃ necessitate. Ad h° tñ aduertẽdũ siue intelligẽdũ ƀm Bon. in z. di. z5 Qr est dupliciť loq̃ d̕ libero arbitrio: vel q̃tum ad actum exteriorem: vel q̃tum ad actum interiorez: si autem loq̄mur q̃tum ad actũ exteriorem ⁊ respectu talis actus potest inuenire coactio. Põt. n. q̃s cõpelli vt ip̃o nolente genua corã idolis flectat. Si loquat̃ q̃tum ad actũ interiorẽ: qui .s. est velle eligere vel consentire: sic respectu talis actus potest liberuz arbitriũ alio modo induci potest ⁊ impediri: sed nullo mõ cogi siue ꝯpelli. Induci q̃dem potest cũ amat aliud a se: ⁊ .ĩ. se est: vñ ꝑ oblatõez alicuius rei amate potest induci ad ꝯsẽtiẽduz in aliq̃d multum efficaci ꝑsuasione ꝑ quem modũ idolatrie tẽptabãt sanctos martires ꝯsentire idolatrie mõ ꝓmittẽdo leta m̃ infligendo tristia. Ista tam̃ inductõ longe distat a coactõe: sicut ꝓbat ipse exitus: q̃a nec blãdimentis allici nec tormẽtis terreri adeo potuerunt vt a veritate iusticie mutarent̃: ⁊ sic liberꝫ arbitriũ potest induci. Potest etiam impediri ꝓpť icliatõz ⁊ ꝯiũctiõz sui ad nãz corꝑalẽ qua posset aliquis alium ita ledere: vt vsum liberi arbitrij amitteret. Coactio. n. ponit liberi arbitrij vsum et actum: sed ligatio ⁊ impeditio tollit Et iterꝫ impeditõ ꝓuenire potest ab inferiori. Coactio ꝟo a suꝑiore. Et hinc est φ liberꝫ arbitriuz: et si possit induci ab agente creato rõe boni exterioris amati: ⁊ possit impediri rõe corꝑis coniũcti: non tamen põt cogi respectu act⁹ ꝓprij. Sz adhuc dubiũ venit in mentẽ qd̕ declarare ⁊ intelligere optimũ est ac delectabile: põt nãq̃ peccator q̃sq̃ querere: an liberũ arbitriũ: qd̕ a creatura cõpellere nõ potest cogi possit a creatore. Et vr̃ φ sic: nam Luc. iz. c. dr̃. Exi in vias ⁊ sepes ⁊ cõpelle intrare vt impleatur domus mea. Si g̊ domum dei nõ contingit intrare nisi ꝑ vsum liberi arbitrij: et dñs intrare compellit: vr̃ φ liberꝫ xrbitrium cogat. Itẽ Jo. 6 dr̃. Nemo venit ad me nisi pr̃ meus traxerit illum. Sed tract⁹ est motus violentus: vt dicit ph̃s. g̊ liberꝫ arbitrium violentat̃. Item ꝓuer. zo. sic̃ diuisiones aquarũ ita cor Regis in manu dñi quocũq̃ voluerit imutabit̃ illud. Sed talis imutatio ẽ q̃dã coactio: g̊ deus cogit liberꝫ arbitriũ qd̕ si ꝟum esset conqueri possẽt peccatores de deo: possentq̃ ad ipsam clamare. O creator omnipotẽs cur nos ꝑire ꝑmittis: Cur nos in errore nostro relinq̃s. Cur tãtã multitudinem a te sempiť nis cruciatib⁹ deputandam non cõpellis non cogis ad bonuz: tua est potẽtia: tuũ est regnũ tua deniq̃ bonitatl. oĩs ⁊ dulcedinis abundantia. Miserere nostri deus ⁊ succurre voluptatib⁹ ꝑeũtiũ volũtatẽ

ꝭm enim Bona. in 3°. di. 19. Passio christi nos liberauit a pena tēporali: ⁊ ab eťna: ⁊ ab ea que ē inter vtrāq₃ media. A pena temporali liberat dū virtute illi⁹ cū donāť nobis peccata non solum q̄ntum ad culpam: sed et reatum pene eterne: sed etiam q̄ntuȝ ad dimissionē pene satisfactorie sicut habet filius in sacramento baptismi A pena eterna liberat liberando a culpa: duȝ enim per passionē christi nobis gratia impetrať: per quā culpa dimittitur nobis debitum pene eterne mortis relaxatur. Liberat a pena que est etiam inter vtrāq₃ media: que quideȝ fuit carentia visiōis diuine ex merito peccati Ade. et illa quidem si fuerit ad tempus propter gratiaȝ repata in eis qui detinebāť in lymbo debebat tamē habere eternitatem habito respectu ad culpam Ade. Sed aliquis obiciet: quia nūc illis penis temporalib⁹ subiacemus quibus subiacebāt illi qui erant ante passionem christi: ⁊ nullus qui est in inferno damnatus liberať a pena tēporali nec ab eterna. ⸿ Rñdet dñs Bona. Cꝫ ratio ista peccat ꝭm consequens. Non enim sequitur ꝙ si hoc modo non liberat a pena temporali ⁊ eterna ꝙ ꝑpter hoc nullo modo. Quis eniȝ liberet a pena eterna eos qui sunt in malo obstinati: liberat tñ eos qui volunt ⁊ possunt ad christū cōuerti. Rursus quia non liberat a pena temporali in presenti vt ab ista fame ⁊ siti liberabit tum in futuro liberat etiam ab aliquibus penis temporalibus ad quas essemus obligati merito peccatoꝝ nostroꝝ nisi passio christi interueniret. Si quis ergo pie christum contemplādo in cruce pendentem interroget cur caput tenet inclinatum. Audiet illum dicentem ꝓtinus. Heu me doloribus angor passionib⁹ crucior: ⁊ in amaritudine moratur anima mea. Alloquē ipsuȝ alloquere anima dura: ⁊ loqueť ipe tecum libenter dic ei. O amātissime iuuenis qđ scelus cōmisisti ut cruceȝ cum tanto dolore ascenderes: ⁊ iteꝝ dicet tibi. ⸿ Tu anima es mihi causa doloris: tu peccasti ⁊ peccare ñ cessas ⁊ cum penas non valeas absoluere delictorum ego pro te penitētiā ago et pro omnibus qui saluari volunt absq₃ mei sanguinis effusione nullus saluari posset. Sanguis vero meus effusus tāte virtutis est ⁊ efficacie vt vna gutta sola sufficiat ad redimēdū omne genus humanum. Sed ego largus redemptor vt securi fiāt qui saluari volunt ⁊ conuerti volunt nō vnam guttulaȝ: sed de toto corpore modo sanguinem meum effundo: de capite de facie de ore de collo de manibus de pedibus: de omnibus mēbris meis: ⁊ deniq₃ de corde meo ꝑpter hoc Ber. super cant. ß. xx. ait. ad cumulū pietatis tradidit in mortem animam suam: ⁊ de ꝓprio latere protulit precium satisfactionis: quo placares patrem ꝑpter qđ illum ad se ꝟsiculum traxit. Apud dñm misericordia: ⁊ copiosa apud eum redemptio: prorsus copiosa quia nō gutta: sed unda sanguinis largiť per q̄nq₃ partes corporis emanauit hec ille. Sed hominis peccatoris ipsū fugiētis maliciam christus considerās de

ipso sic conquerit per Aug. con
quinqȝ hereses. Cum esses inquit
inimicus patris mei reconciliaui
te. Cum inter montes et siluas
errares quesiui te: humeris meis
portaui te: patri meo reddidi te
laboraui sudaui: caput meum spi
nis opposui: manus meas clauis
obieci: lancea latus meum apui:
sanguinem meum fudi: animam
meam posui vt te mihi copularē
⁊ tu diuideris a me.

Capitulum tertiū de paupertate christi quam in cruce sustinuit vt nobis diuitias grē inueniret.

Tertia cōditio christi patiē
tis est extrema pauptas:
quaȝ sustinuit pro nostris culpis
delendis: de qua ipse Mat. 8. c°.
ait. Uulpes foueas habent ⁊ vo
lucres celi nidos: filius auteȝ ho
minis non habet vbi caput suuȝ
reclinet. Fuit nāqȝ christ⁹ triplici
pauptate fatigat⁹.

Prima pauptas bonoꝝ tpaliū.
2ª amicoꝝ familiariū.
3ª donoꝝ supnālium.

Prima pauptas fuit bonorū
temporaliū. Nullum qppe bonū
temporale adēat christo in cruce
angustiato non domus nō tectū
non pānum: non aurum non ar
gentū sed nudus ipse pendebat
Secūda paupertas fuit amicoꝝ
familiariū quia omnes eo relicto
fugierunt hinc per pphaȝ cōque
ritur dicens. Considerabam ad
dexteram ⁊ videbam: et nō erat
qui cognosceret me. Sm Alex. de
ales: non dicit ad sinistram ppt
vginem beatam que sola ad sini
stram psecutionum filium vum
deum ⁊ hominem cognoscebat
Ceteri vo ⁊ si ex gnāli passione
christo cōpaterent: tamen ipsum
credebat purum hominez in tor
mentis deficientē. Tertia pau
pertas fuit donoꝝ supnālium.
Habebat christus dona plurima
vtputa scientiam sapientiam san
ctitatem pulchritudinez corporis
⁊ anime: ⁊ alia huiusmōi quibus
omnibus in cruce: et si non fuerit
ꝑuatus: priuari tamen visus est:
duȝ reputatus est peccatōr stult⁹
seductor ⁊ omniū maloꝝ ppetra
tor. Quare non immerito ad se
aduocans animam peccatricem
dicere potest. Reuertere ad me
anima mea. Ecce pro te precium
soluo. Expēdo pro te omnes the
sauros meos: suscipe sanguinem
meū: suscipe penas meas ⁊ offer
illas pr̄i celesti: dic ei: parce mihi
miserere peccatrici per vulnera:
per dolorem: per sanguinez: per
morteȝ Jesu christi: parce dn̄e qa
filius tuus ꝓ nobis peccatorib⁹
pati dignatus est. Et statiȝ deus
remittȝ tibi peccata tua. ergo nō
immerito preciositas vocari pōt
hec flāma amoris: vbi christus
preciosum sanguinem suū offert
peccatoribus vt consequāt salutē
quam nobis donet ille qui viuit
in secula Amen.

¶ Sermo septimus de diuina caritate in quo declaratꝫ q̄ꝫ gratiosus sit deus peccatorib⁹ penitentibus: et ad se redeuntib⁹ q̇b⁹ admiranda dona cōcedit.

VEnite ad me omnes
qui laboratis ⁊ one-
rati estis: ⁊ ego refi-
ciam vos.zc̄.vbi.s̄.
Ut se tantuꝫ beniuolum reddat
deus peccatoribus penitentibus
offert illis munera gratie sue: cū
dicit: reficiam vos. Ad qd̄ pleni⁹
intelligendū in presenti sermone
de caritate diuina concludemus
tractatum exponentes septimaꝫ
flāmaꝫ: que vocabatꝫ gratiositas
pro cuius declaratōe notabimus
tria gratiosa dona que deus pro
sui amore peccatoribus ad se rede
untibus elargitꝫ.

¶ Cap^m pͥmū qualiter de⁹ restituit peccatorib⁹ ꝑ penitētiaꝫ bōa prius perdita: ⁊ per peccatū mortificata.

¶ Primū donū dicitꝫ restitutōis.
2^m letificationis.
3^m glorificationis.

¶ Primum donum qd̄ deus be
nedictus elargitur peccatoribus
penitentibus dicitꝫ restitutionis
ſm Ric. in 4°. di.14. Et cōem
opinionē theologoꝝ per penitē
tiam restituuntꝫ homini oꝑa pͥus
ꝑdita ⁊ per culpam mortificata:
que ante viua fuerunt. Si quis
nāqꝫ in caritate existens.io.ānis
seruiet deo ieiunando ⁊ orando
huiusmōiqꝫ adueniēti culpa mor
tali bona hec omnia ꝑdidit: ſꝫ eo
a culpa resurgēte reuiuiscūt simꝉ
omnia supradicta. Sꝫ ɔtra obici
potest per dictum Hugonis qui
ait. Nemo in spe correctōnis pec
care debꝫ: quia qd̄ semel amittitꝫ
ipsum non recuꝑatur amplius ğ
si bona oꝑa pri⁹ facta sint amissa
per culpam: impossibile est ea re
stitui ergo nec viuificari. Item
omne qd̄ viuificatꝫ est aliquo mō
sed qd̄ omnino ꝑijt nullo modo
est: ⁊ talia sunt opera bona prius
facta. ğ nec viuificari: nec recupe
rari possunt. Rn̄det Bonauē. in
4°. di.14. Qꝛ opera que prius fu
erunt viua quia ex caritate facta
⁊ digna vita eterna: postea adue
niente culpa mortificantꝫ in isto:
quia amplius in hoc q̄ꝫ diu ē cul
pa in eo non est dispositō digna
remuneratōe ꝓpter indignitatē
ipsi⁹. Sed rursus gratia redeūte
que istum facit dignuꝫ vita etna
iam opera in hac sūt digna remu
neratione: ⁊ ideo restituuntꝫ ⁊ vi
uificantꝫ. Ideo dicunt quidaꝫ q̄
opera bona in caritate facta: q̇a
bona sunt ⁊ adeo fiunt in laudē
dei vt inde debet laudari de⁹ q̇a
ꝯo in vnitate mistici corporis: et
quia in caritate ꝑtinēt ad corpus
misticum: quia ꝯo ex libera volū
tate ⁊ iusta ad radicis pͥmiū siue
ad facientis meritum vnde quia
iste cadit q̇ facit oꝑa: nihilomin⁹
remanent in corpore mistico: q̇a
inde alia membra gaudebant: et
deus inde laudabitꝫ: sed tamē nō
manent ad gloriam facientis: et

ideo moriunt ista cuz iste morit: sed eo resurgente a culpa ⁊ facto de corpore mistico sibi opa bona reniuiscunt. Quicquid fit de hoc siue remaneāt in corpore mistico siue non: verum est ꝙ remanēt in memoria eius qui fecit: ⁊ dubiū etiam non est quando manet in memoria dei: ⁊ q̈ꝫ diu manet cul pa manēt in cognitiōe dei cūcta respicientis ⁊ in memoria pecca- toris: ſʒ ibi nō manēt ad munera nec ī memoria peccatoris ad gau dium: sep magis ad dolēdū. Sꝫ cum resurget manent in deo ad remunerādū: ⁊ in memoria ipsiꝰ peccatoris ad gaudendū. Ad di- ctum Hugonis dicendū est ꝙ in telligit de illo opere bono qđ bō potuisset facere vel fecissꝫ illo tpe quo peccauit: qđ quidem non re cuperabitur: quia si alio tempore velit facere opꝰ qđ emisit perdit qđ deberet facere in illo tempore Ad 2ᵐ dicendum ꝙ illa opa que manent in memoria eius qui fe cit ⁊ dei p̊mo a qᵒ fecit. ſʒ Boñ.

Capitulum secundum de leticia angeloruz ⁊ totius celestis curie ꝓpter penitentiā ⁊ ꝯuersionē pec catorum.

Secunduꝫ donum dicitur letificatōis: facit vtiqꝫ deꝰ angelos suos humiliare iubilare in conuersione peccatoꝝ. vñ luc. 15. dicitur. Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitētiā agente. Sed circa hoc nōndum de gaudio Angeloꝝ ſm Bona. di. ii. secundi libri. Qꝛ ipsum gau- diuꝫ in angelo crescere potest in telligitur dupliciter vel extensiue vel intensiue. Extensiue dicitur crescere quando quis de pluribꝰ gaudet. Intensiue autem quādo affectus eius de aliquo copiosius gaudet. Si ergo loquamur de cremento gaudij secūdū primum scilicet verū est ⁊ doctores cōiter sentiunt ꝙ ipsis beatis Angelis accrescit gaudium ex salute pec- catorum: quia de pluribus gau- dent ſm ꝙ plures saluantur. Si autem loquamur de cremento gaudij ſm modum alium. scilicꝫ q̈ꝫtum ad intensionem: sic est di stinguendum. Nam gaudiū du plex est: quoddam est gaudium in quo consistit premium substā tiale: ⁊ illud est gaudiū de bono increato qđ angelꝰ habꝫ de deo ⁊ in deo. Est iterum gaudium quoddam accidentale ⁊ illud est gaudium qđ angelus habet de bono creato: siue ꝓprio: siue aliēo fuerit. Ergo qui dixerit ꝙ in an gelis creatis accrescit vtrūqꝫ gau dium intensiue: quia nonduꝫ sūt perfecte beati: q̈ꝫuis sint beati cō firmati: de quorum opinione nō videtur fuisse magister. Sed q̇a hec opinio non videtur ꝓbabilis

ideo fuerunt alij qui dixerunt quod neutrum gaudium crescat in eis intensiue: sed soluz extensiue sicut caritas eorū non est maior quam fuit ab initio: quāuis plures nunc di ligant quam tunc. ¶ Sed quia istud non videt adhuc satis probabile quod angelis accrescat materia gau dij: quando etiaz accrescat: et gau dium. Ideo est triplex modus di cendi quod in angelis nullo modo accrescit gaudium: in quo consi stit premium essentiale quia quātuz ad illud perfecte beati sunt. Sed gaudium in quo consistit pmiuz accidentale accrescere potest: nō solum extensiue verum etiam in tensiue et ratione proprij boni cō iuncti quod ministrando alijs bona opera: et ratione boni faciunt in quibus premium accidentale me rentur: et quia etiam cum ciues suos ad beatitudinem producūt super quibus congratulant. Nō solum autem angeli: Sed etiam tota trinitas gaudet et facit festū de conuersione peccatoris. ¶ Et primo gaudet pater. Nam Rex terenus multum gaudet: quando filius sibi concipitur: sicut letat⁹ est habraam de conceptu Sarre multū gaudz quādo nascit sicut zacharias et Elisabeth in ortu pcursoris: multum gaudet quādo filius ablactatus est. Unde ha braam fecit magnum conuiuiuz in ablactatiōe filij sui ysaac. Gen. zi. Multū gaudet quando filius grandis effect⁹ est: et ad mensam recipit. Sicut pater celestis de fi lio spūalr concepto nato ablacta to: et ad mensam recepto multuz gaudet. Conceptio nāqz accipit in contritiōe: siue boni pposit in cohatione. Unde Isa. zo. A fa cie tua domine pturiuim⁹ et cōce pimus spūm salutis. Natiuitas attendit in cōfessione vel bonoz operū ostensione. Sed de multi. pōt dici illud Isa. 37. Uenerūt filij vsqz ad ptum: et virtus nō est piendi. Ablactatio attenditur in vite perfectiōe: quando homo in tantū perficit quod iaz non indiget lacte paruulorū: sed cibo solido p fectoz: de quo hebre. 5. pfectorū est solidus cibus: ad mensam re ceptio attendit in celesti refectōe iuxta illō Luc. zz. Ego dispono vobis regnū vt edatis et bibatis super mensam meam in Regno meo. ¶ Scdo gaudz fili⁹ triplici de causa. ¶ Primo quia ex quo vi dit effectum sue passionis qd no tat in parabola d oue perdita et inuenta. De qua Grego⁹. ait in omel. Una ouis pijt quādo hō peccando vite pascua dereliquit: in humero autez posuit: quia pec cata in corpore suo ipse portauit. Et Augustin⁹ in libro ɔtra. 5. he reses. Cū esses inquit christ⁹ ini micus patris mei reconciliaui te. Cū inter mōtes et siluas errares

quesiui te: humeris meis portaui
te: patri meo reddidi te: laboraui
sudaui: caput meum spinis oppo
sui: manus meas clauis obieci: lā
cea latus meum aperui: totus in
iuriis ⁊ aspitatibꝰ laceratus sum.
Sanguinē fudi: et animā posui
vt te mihi cōtemplarē: et tu te di
uidis a me. Hec ille. Tātū autem
desiderium de oue inuenta hūit
ꝙ etiam desertum idest celū de
reliquit: qd dicit desertū idest de
relictū ab homine qui fuērat ipsū
habiturus: tum quia ad instar de
serti in eo sunt dulces cantꝰ auiū
idest angelorū: ibi sunt rose mar
tirum: viole confessoꝝ: ⁊ lilia vir
ginum. ¶ Secūdo gaudet filius
quia videt in peccatore conuerso
reformationem sue imaginis. qd
nōt in secūda ꝑabola ꝺ dragma
perdita ⁊ inuenta in qua imago
regis refulget. Decē. n. dragme
sunt nouē ordines angeloꝝ: Et
decimꝰ hominū qui ad dei ima
ginē sūt creati: sed decima drag
ma ꝑdita fuit qñ homo peccauit
sed xp̄s ipsā quesiuit ⁊ suā imagi
nem reparauit. ¶ Tertio gaudet
in eo ꝙ vidit resuscitationem sui
fratris: qd notat in tertia ꝑabola
de filio prodigo de quo dicitur.
Epulari ⁊ gaudere oportebat q̇a
frater tuus perierat ⁊ inuentꝰ est
Tertio de cōuersione peccatoris
gaudet spūs sanctꝰ triplici de cā
Primo quia recuperat templū
suū qd debet inhabitare de quo
p̄ma corinth. 3º. cº. Nescitis ꝙ tē
plum dei estis vos: ⁊ spūs dei ha
bitat in vobis. Habitare autem
non posset: nisi spūs malignꝰ re
cederet. 2. cor. vi. Que autem cō
uentio christi ad belial. Quis cō
sensus templo dei cum idolo.
¶ Secūdo gaudet quia recuperat
membrū suū qd debet viuificare
.i. cor. vi. An nescitis q̇a membra
vestra templū sūt spūs sancti. Ui
dimus autem ꝙ membrū precisū
putridū vel paliticū nō viuificat
a spū hūano. Eodem modo nec
peccator a spū diuino: tum quia
diuisus est a deo. Isa. 59. c. Iniq̇
tates vestre diuiserunt inter vos
⁊ inter deum vestrū. tū quia pu
trifactꝰ est in peccato. Joel. p̄mo
Cōputruerūt iumenta in stercore
suo: tū q̇a paliticatꝰ est ex inordi
nato motu: non enim habet sen
sū amoris dei: de qua dicit sapi.
Sentite de deo in bonitate.
¶ Tertio gaudet q̇a recuperat vas
suū qd debet implere. Opꝫ autē
ꝙ istud vas sit vacuū ab amore
mūdi si dꝫ implēi amore dei. vñ
Aug. sup Johē. vas es: ſ plenꝰ
es fūde qd hēs: ⁊ recipias qd nō
hēs: fūde amorem secli vt imple
aris amore dei. ¶ Sed circa hoc
queri potest quomodo itelligat
illud v̄bū maiꝰ gaudiū ē āgelis
dei sup vno pctōre pñiā agente
q̄ sup nonaginta nouem iustis.

Ad quod dicendum ꝙ potest intelligi dupliciter. Aut de tepidis iustis: aut de seruentibus. Si primo modo hoc verum est. Unde Grego. ait. Maius de peccatore ꝗ̃ fratre iusto gaudiuz fit in celo quia ⁊ dux in prelio plus illũ militem diligit qui post fugã reuerus hostem fortiter premit ꝗ̃ illũ qui nunꝗ̃ terga vertit: ⁊ nũquã aliud fortiter fecit. Sic agricola illam terraz amplius amat que post spinas habuit fructũ ꝗ̃ illã que semper fertilem messem ꝓduxit. De hoc etiam Augustin⁹ in libro contra faustum sic dicit. Agricole plus placent agri qui spinis etiam magnis eradicatis centenum ꝓferunt ꝗ̃ que nullas spinas nunquã habuerunt ⁊ vix ad tricesimum peruenerunt. Si autem intelligatur de iustis feruentibus: Tunc distinguendum est inter affectum ⁊ effectum. nã ẜm Bonauẽ. meliori maior affectus: magis autem indigenti maior est tribuẽdus affect⁹. videm⁹ enim ꝙ si aliqua mater decem filios habeat si vnus infirmatur ⁊ postea sanatur maius gaudium ostẽdit de sanitate isti⁹ recupati: ꝗ̃ de sanitate in aliis cõseruata.

Capitulum tertiũ de gloria quã acquirunt peccatores conuersi ⁊ de ipsoꝝ beatitudine in regno celorum.

Tertium donum qđ deus peccatoribus penitẽtibus elargitur dicitur glorificationis. Naz in celesti ⁊ beata hierusalẽ ipsos tandez aggregat societati ciuium supernoꝝ: neqꝫ ẜo ꝓpter peccata ipsis infimum locum cõcedit. Quinimo vt Saluator ait ꝓpter ipsam penitentiaz meretrices et publicani precedent in Regno celorum. Quanta autem sit eorum gloria in celo ostenditur in Thayse meretrice: de qua in vitis patrum legitur. Que tante pulchritudinis extitit ꝙ multi ꝓpter eam venditis sbstantiis suis ad vltimam paupertatem deuenerunt. Sed et amatores eius mutuo se interficiebant: ꝙ cũ audisset Abbas pãnucius sumpto habitu seculari ⁊ vno solido profectus est ad eaz in quandã Egypti ciuitatẽ: deditqꝫ ei solidũ qsi ꝓ mercede peccãdi. Illa accepto pcio ait illi. Ingrediamur simul cameram. Cumqꝫ ingressus essz ⁊ locus preciosus ornamẽtis stratum ascendere inuitaretur: dixit ad eam. Si est interius cubiculũ in ipsum eamus. Illa autem dixit. Est quoddaz cubiculum vbi nullus ingreditur. Si vero deũ times nullus locus est qui eius diuinitati abscõdat. Qđ cũ senex audisset dixit ei. Scis esse deum.

Cumq3 illa respondisset se scire
deū ⁊ regnuz futuri seculi nec nō
tormenta peccatoꝝ dixit ei. si ergo
nosti cur tot animas perdidisti.
Et non soluz pro tua sed ꝓ alioꝝ
reddēda ratōne dānaberis. Illa
vero prouoluta ad pedes Abbatis
pānucij cum lachrimis orabat di
cens. Scio esse pñiam pater: ⁊ cō
fido remissionez te orante sortiri
peto tribꝰ horis inducias: ⁊ post
hec quo volueris ibo: ⁊ quecūq3
pceperis faciam. Cūq3 ei locum
Abbas constituisset vbi veniam
impetraret deberet illa collectis
omnibus quecūq3 de peccatis lu
crata fuerat platis que in media
ciuitate populo expectāte in igne
cōbussit clamās ⁊ dicēs. Uenite
oēs q̄ peccastis mecum: et videte
quō ea que mihi ɔtulistis exurā.
Cum autē omnia incēdiss3 ad lo
cū quē abbas pānuciꝰ construxit
prexit: q̄ illā i cellulā puā reclusit
hostiūq3 celule plūbo siguauit: et
puam reliq̄t fenestrā p quaz ei ci
bus daretur: iussitq3 parū panis
ei ⁊ paululuz aque ab alijs mini
strari. Cū ergo tribus ānis fuisset in
clusa ꝓfectus Abbas pānuciꝰ ad
abbatē Antoniū ɔuocatis discipu
lis vt ab eo inq̄reret si remisisset
ei sua peccata deꝰ. Et narrata cā
sanctꝰ Antoꝰ discipulis cōuocatis
pcepit vt illa nocte orarēt. statiq3
Abbas paulꝰ maior discipulꝰ an
tonij vidit in celis lectū preciosis
vestibus orditū: quē tres virgines
facie clara custodiebāt. Cūq3 pau
lus dīcet gratiā illā esse Antonij.
Nō est antonij: sed thaysis meretri
cis vocē sibi dicētē audiuit: qd cū
mane audisset abbas pānuciꝰ cū
gaudio discessit. Et cum illā edu
xisset de cella quindecim diebus
superuixit et parisauit in pace.
Ergo aperiant oculos suos pec-
catores vt videant longitudinez
latitudinē altitudinē ⁊ ꝓfunduz
ardentissime caritatis dei q̄ sua
amplissima et imensa clementia
paratꝰ est semper peccatoribꝰ peni
tentibus dare salutez: quā nobis
omnibꝰ largiatur ipse: qui viuit in
secula seculoꝝ. Amen.

**De imortalitate anime magistri
Roberti de Letio ordinis minoꝝ
tractatus incipit.
Sermo primus in quo tractatur
de vita cōmuni.**

IUsti autē in ppetuū
viuent. Scribūtur hec
verba originaliter sapi.
5.c. Quoniam falso pleriq3
opinātur extinctos homines cor
porali morte amplius nec viuere
nec viuificari posse: fiātq3 ex hoc
in omnibus vitijs ac brutis dete
riores. In presenti ope tractatuz
de imortali vita statui cōpilare.
Est quippe satis supq3 necessariū
aperire omnibus queadmodum
dei sapientia statuit vt homines
pro uarietate meritorum: aut in
eternuz viuent in felicissima pria
paradisi: aut illam cōtēnētes eter
nis supplicijs deputarentur: nā q̄ du
rior petra cēleri pōt q̄3 pctōr hō q̄

ſentiēs certitudinalit̃ ꝓponi ſibi
bonum ⁊ malum perpetuo du-
raturuȝ a peccato ſepari non cu
rat. Grandis equideȝ iactura eſt
ꝓ momētaneo ac labili hꝰ mūdi
bono perdere gaudia nūq̄ȝ deſu
tura ⁊ obligare ſe in ſecula ſecu-
loꝝ ad et̃nas penas. Quaꝓpt̃
vt ipſius imortalis vite plenior
ac lucidior poſſit haberi notitia.
In hoc ſermone ad vitaȝ in cōi
ſtilum noſtrum dirigemus de
qua tria miſteria erūt ꝯtēplāda.
Pri᷑ erit de vite diffinitōe.
2᷑ erit de vite originatōe.
3᷑ erit de vite ſbata ſuſceptione:
quid ſit vita ſ͡m ph̃m declarat̃
⁊ an anima ſit ipſa vita. ca᷑ p᷑.

¶ Primum dicendum erit de
vite diffinitione. Naȝ vt Cicero
tradit in p̄mo ↄ officijs. Omnis
enim que a ratione ſuſcipitur de
aliqua re inſtitutio debet a diffi-
nitione proficiſci vt facilius intel
ligat̃ quid ſit de quo diſputetur
Igit̃ inquiramus p̄mo. Quid ē
vita. Et diffinitur ſic a ph̃o libro
de motu cordis. Uita eſt actus
anime p̄mus in motu corporis
adaptati ad mouēdū. ex quibus
verbiſ dubitatio mouet̃. An vita
ſit ipſa anima. Et q̄buſdā videt̃
ꝙ ſic. Naȝ Ambroſiꝰ in libro de
bono mortis oſtendit ꝙ anima
non poteſt mori: quia eſt vita. et
vita eſt contraria morti. ait autē
ſic anima vita eſt quomodo pōt
mortem ſuſcipere cum ſit ipſi cō-
traria. Ipſe etiam Ambroſius in
eodem libro ꝓbat ꝙ vita ſit aia
ſic. Cui anima infundit̃ vita in-
fūdit̃: a quo anima diſcedit vita
diſcedit. aia ergo vita eſt. Iſido.
liᵒ p̄mo de ſūmo bono: vita inq̇t
corpori eſt anima. Sed ⁊ ph̃us
vult ꝙ aia viuat ſeipſa igitur erit
ſua vita. Qđ ꝓbari pōt. Anima
viuit: aut ergo ſeipſa aut alio. Si
alio aut illud viuit aut non. Si
non: g̊ non dat vitam. Si viuit
g̊ aut ſeipſa aut alio. Tūc ſimilit̃
querit̃ de illo alio. Si g̊ non eſt
abire in infinitum relinquitur ꝙ
illud quo viuit viuit ſeipſo. Sed
veriſimilius eſt ꝙ anima viuat ſe
ipſa q̄ȝ aliud quo viuit. g̊ anima
ſeipſa vita ipſa. g̊ vita eſt anima.
Soluit autē hāc ābiguitatē alex
in ſecūdo volumine ſūme ſue di
cens. Qꝛ vita non eſt anima ſed
actus ab ipſa egrediens: quia vt
ſcribit̃ in libro de motu cordis.
Primus cōtinuus actus aie vita
eſt. Unde anima eſt cauſa vite
in corpore: ⁊ cā vite in ipſa: vnde
vita qua anima in ſe viuit nō eſt
anima: ſed cā anime: ideo vita n̄
eſt anima: nec ecōuerſo formalit̃
loquendo. Ad auctoritates in cō
trariū allegatas. Rndet Alexā.
Qꝛ intelligunt̃ ꝑ comitātiā cāleȝ
nō ꝑ idēptitatē eſſētialē rōe. ſ. effe
ctus quo ipſa corpus viuificat.
Ad aliud etiā qđ inducebat̃. Qꝛ
anima viuit ſeipſa aut alio ⁊c̃.
Rn̄dȝ p̄dictꝰ doctor. Qꝛ aia dicit̃
viuē ſeipſa: q̇a p̄nci᷑ vite ē in ipa
nec eſt ab aliquo extra ipſā: ſicut
eſt de vita corporis: qđ eſt ab in
trinſeco ſcilicȝ ab ipſa anima ſ͡m

qđ dicit Ambrosi⁹. Q anima causat vitam: ꝛ facit ꝙ vita sit in corpore. Nota ergo ꝙ viuere seipso est dupliciter: aut sicut se toto: aut sicut aliq° sui. Vbi gratia: aliter viuit anima seipsa aliter vita: viuit enim vita seipsa tota sicut est: vnde viuere est esse. In vita eniꝫ non est aliquid qđ non sit vita ß anima viuit seipsa idest aliquo sibi intrinseco: vtpote formali principio: ꝙ non est alterius nature q̄ȝ ipsa aia Et ideo ex hoc non sequit̄ ꝙ anima sit vita. Si enim hec esset v̄a anima est vita necessario oporteret ꝙ idem in ea esset informans ꝛ informatuꝫ idest ipsa esset sua forma sed idē esset illi esse ꝛ viuere: Sicut idem viuere esse ꝛ uiuere: quia vita seipsa viuit. Vita ergo est actus p̄m⁹ ꝛ cōtinuus sbe nobilis mouentis vel cognoscentis vel vtrūqꝫ facientis. Sed adhuc arguunt quidam dicētes ꝙ vita nō possit esse actus anime. Nam vita cum sit perfectio viuentium act⁹ cuꝫ sit accidens nō potest esse perfectio talium. Rn̄det ad hoc Alex. Q est p̄mus actus forme sbalis: ꝛ est actus consequēs ad p̄mum actum: lꝫ autē ɔsequētiū actuū sit aliquid accidens tamen actus primus qui est pfectior sbstantie non est accidens. Nā sicut intellectus quandoqꝫ nominat ipsā potētiam intellectiuam: qn̄qꝫ autem actum eiusdem accidētaleꝫ: vt. s. qui prouenit ex compħēsiōe rerū extrinsecarum. Similiter est de vita. Vn̄ vita quādoqꝫ nominat ipsam vitaꝫ prout est sbstantia: quādoqꝫ actum eiusdē accidentalē. Ista nihilominꝰ rudibus ostendi non possunt: quia vt Aristoteles inq̄t in tertio metha. Soluere vinculum ignoranti nō est possibile. Unde vita habet suum p̄ncipiū. c^m z^m.

Secundum misteriuꝫ cōtēplādū est de vite originatione. Unde scilꝫ vita trahit originem sicut a p̄ncipio efficiēte. Et Plato dicit animaꝫ esse p̄ncipium vite. In libro autem de motu cordis dicitur. Q mors est cā vite. Aristoteles z°. đ anima. anima est viuentis corporis causa et p̄ncipiū v̄um tamen restat dubium: quia ex verbis sanctoꝝ videt̄ ꝙ omnis vita sit a deo. Inq̄t enim Aug⁹. libro de v̄a religiōe. Nulla vita est que non sit ex deo: q̄a deus sūma vita ē ꝛ ipse est fons vite. Et Dionysi⁹ in libro đ diuinis nominib⁹. Omnis vita eric vitalis motus ex vita ipsa que ē sup omnē vitā. Et Gene. z°. Formauit deus hominē de limo terre: ꝛ inspirauit in faciē ei⁹ spiraculū uite. g̊ per effectū: p̄nci^m uite est ipse deus. Vnꝫ Alex. ubi. s. dicēs. Q aliq̄d uiuit in se p se ut uita p̄ma que est deus. Et aliq̄d uiuit in se ꝛ p se: sed nō ex se: ut anima ꝛ angelus. Est iteꝝ aliq̄d qđ uiuit in se sed nō ex se: nec p se ut aia sensibilis ꝛ uegetabilis. Illoꝝ auteꝫ q̄ uiuūt p se ꝛ in se que possunt alijs uitā cōicare ut anime rōales corpib⁹ organici. potētia uitā hn̄tib⁹. Quedā v̄o nō possūt ut spūs āgelici ꝛ spūs rōales. Quedam que non per se sed pticipādo uitā illis mediātibus que per se uiuunt ut corpora humana. ex q̄bus patet ꝙ quedam sunt que p se uiuunt ut sunt spiritus angelici.

Dicim⁹ g̊ ꝙ vita coꝝ que p se viuūt

imediate sꝫ a deo sicut eoꝝ sbā l' cēnª.
Uita vero eoꝝ que viuūt ꝑticipādo
vitam mediātibus illis que viuūt ꝑ
se non est immediate a deo. Sed
illis mediantibus que per se viuūt.
Sed ꝓpter hoc qd̄ diximꝰ doctor p̄
dictus.q.18.p̄ma p̄te. Querit dubiū
vz. Utrū anima sit vita in deo. et ꝙ
sic ipse ꝓbat: q̄a Jo.p̄mo dicit. Qd̄
factum est in ipso vita erat.ꝫ omnia
post dn̄m facta sūt ḡ in deo omnia
sunt vita. Insuper viuere dei est eiꝰ
intelligere. In deo autem idem est
intellectus: ⁊ qd̄ intelligit ⁊ ipsū in-
telligere eiꝰ: vnde quicq̄d est in deo
vt intellectum est ipsum viuere: seu
vita eius. Cum ḡ omnia facta sunt
a deo sint in ipso vt intellecta. Seq̄t
ꝙ omnia in ipso sint vita diuina.

Contra tamen hoc possumꝰ instare
p̄mo actuū.17.dicit. In ipso viuimꝰ
moriamur ⁊ sumꝰ. Sed nō omnia
que sunt motus in deo sunt vita. 2°
omnia sunt in deo sicut in p̄mo exē-
plari: cum ḡ non omnia viuant in
seipsis: videt ꝙ nō omnia in deo sūt
vita. Rn̄det his p̄fatꝰ doctor. Ad
p̄mū ꝙ creature dicunt esse in deo
dupliciter. Uno mō in q̄tū continet
ab ipso ⁊ ꝯseruāt ꝟtute diuina: sicut
ea dicimus esse in nobis que sunt in
nostra ptāte: ⁊ sic creature dicuntur
esse in deo ꝓut sūt in ꝓpriis naturis
In hoc mō intelligit ꝟbuꝫ apostoli
dicentis. In ipso viuimꝰ moriemur
⁊ sumꝰ: q̄a nostꝝ esse ⁊ nostꝝ viuē:
⁊ nostrū mouēi cāt ab ipso deo. alio
mō dicūt res esse in deo sicut in co-
gnoscente: ⁊ sic sunt in deo ꝑ ꝓprias
rōes que nō sūt aliud in deo ab essē

tia diuina: vn̄ res ꝓut sūt in deo sūt
essentia diuina: ⁊ q̄a essentia diuina
est vita non autem motus: inde est
ꝙ res hoc modo loquēdi in deo nō
sunt motus sed vita. Ad arᵐ dicit
ꝙ exemplata oꝫ cōfirmari ꝫm rōnē
forme nō autem ꝫm modū essendi.
Nam alterius modi habet esse q̄libꝫ
forma in exemplari: ⁊ in exemplato
sicut forma domꝰ in mente artificis
hꝫ immāle ⁊ itelligibile. In domo
autem que est extra animam habet
esse materiale ⁊ sensibile: vnde rōne
rerū que in seipsis nō viuūt in mēte
diuina sunt vita: q̄a in mente diuīa
inhn̄t diuinū esse. zc. Et pꝫ de sbata
susceptōe vite: ⁊ que sunt illa que ui
ta suscipiūt ⁊ viuentia dicūt. cᵐ. 3ᵐ.

Tertium misteriū contemplāduꝫ
ē de vite sbata susceptōe vz. Que sūt
illa que vitam suscipiunt seu viuant:
ita vt viuentia dici possunt. ⁊ fit in-
stantia tripliciter.

Pri° respc̄u oīuꝫ reꝝ nālīū an viuāt
2° respc̄u corpū celestiū an illis sit vita
3° respectu increate nature an insup
etiā in ipsa sit viuens.

Primo q̄bꝰdā forte videt ꝙ in oībꝰ
rebꝰ nālibꝰ sit vita. Inq̄t.n.ars.8°.
phy. Qr motꝰ est vt vita quedaꝫ nā
exn̄tibus hominibꝰ. Sed oīs res
naturales ꝑticipāt motū. ḡ oēs res
nāles ꝑticipāt vitam. Sꝫ cōtra hoc
dionysiꝰ in li° de diuinis noībꝰ. ait
.n. sic plāte ꝫ vltimā resonātiā vite
hn̄t viuē. Ex quibus verbis accipit
ꝙ vltimum gradum vite obtinent
plāte. Rndet ꝫ Tho. prima pte. q.
18. ꝙ illa ꝓprie dn̄t viuenª q̄ seipā ꝫ
aliq̄ꝫ spēꝫ motꝰ mouēt: aⁿ ꝟo i quoꝝ

natura non est vt agat se ad aliquē motū vel opationez uiuen^a dici nō possūt nisi p similitudinē: ꝛ sic v̄bū phi potest intelligi: vl' ō motu p^o. s. corpoꝝ celestium vel de motu cōiter ꝛ vtroqꝫ mō dicit̄ quasi vita corpoꝝ nāliū p similitudinē ꝛ p ꝓprietatem. Nam motus celi est in vniuerso cor paliū nāꝝ sicut mot^9 cordis in aiali quo vita cōseruat̄. Et simili᷑ q̄cunqꝫ mot^9 nālis se habet ad res nāles vt quedam similitudo vitalis opatiōis 2° fit instātia de corpib^9 celestib^9 de q̄bus nōnulli asserunt ꝙ sint aiata. Scribit siq̄dem Aug^9. li^o. 18. de ciui. dei. Ꝙ anasagoras apud atheniēses reus factus sit: q̄a solem dixit esse lā padem ardētē negāsqꝫ vtiqꝫ esse deū Et vt docet dn̄s Bona. in. 2°. di. 14 Quidā phi posuerūt ꝙ celi haberēt animā: ꝛ ꝙ celum esset magnū aīal ꝛ ꝙ mouet̄ a ꝓpria forma pfecta: sic mouet̄ anima. Et hanc animaz mo tricem posuerūt regi ꝛ dirigi a deo mediāte intelli^a: cui positiōi: quidam inherētes inducūt Ihiero. asserētem sup illud Eccl. pmo. lustrās vniuersa per circuitum pgit spūs. Ꝙ celi sunt animati. quib^9 obstat dictū Jo. Da- masceni. dicētis li^o. 2°. Null^9 aiatos celos aut lumiaria existimet. Inaīati q̄ppe sunt ꝛ insensibiles. Nō v̄o pōt esse ſm Bonau. vbi. s. q̄a sb̄a intelle ctualis nō vnit̄ corpi nisi mediāte ve getabili ꝛ sensibili: ꝛ ita si celum pfi ceret̄ a sb̄a spūali habēt sentire et ve getari. Hiero^9. v̄o metha^c. locutus est: ꝙ si ad hoc obiceret̄ ex verbis cō mentatoris: qui ait in 2° de celo et mūdo. Princi^a que sunt in orbibus sunt viua. Phs etiā dicit ꝙ pncipiū potētiali᷑ et cā in uita est orbis. Ad pmum dici potest ſm Alex. ꝙ illud intelligit̄ de intelligētijs que viuūt: quas motrices orbium ponūt. Uel dicūt̄ viua effectiue n̄ ꝙ habeāt vitā vt formam vel actum supereffectiue tm̄ habent calorem: aut frigus: Nec tamē calida sūt vel frigida formali᷑ loquēdo. Uiua itaqꝫ dici possunt. i. cōseruan^a viuentes in vita. Nimirū detestādus error ponētiū illa viuere cum facile diuinitatis habere possēt eā venerarēt̄ ac colerēt. ita quidam falsitate delusi solem ꝛ lunam deos existimantes cor^a illa adorare sunt ausi. De quibus sic loquit̄ Eusebius libro pmo de euāgelica pparatione Egyptios ferunt pmos ci^m cum in celū oculos sustulissent motū ordinē in q̄titates corpoꝝ celestiū ad intrā tes solem ac lunam deos putasse: ac solem q̄dem osiris lunam ysin nūcu passent a ꝓprietate quadā inditi. sibi nominib^9. Nā si q̄s ad latinā linguā v̄ba trāsferat multi oculi osiris dici potest: nec id abre. radios. n. suos q̄si multis rebus imittit oculos quibus omnia ꝓspicit: ysin v̄o latine pscaz dicere possumus lune: hoc nomine indito qm̄ sempitn̄a pscaqꝫ sit. Et iterꝫ de grecis idem plonē inducit. Plo inquit in cartilo sic scribit. Ad v̄bū vident̄ mihi pmi grecoꝝ eos solū modo deos putasse quos etiaz nunc multi ex barbaris colūt solem vꝫ atqꝫ lunam tellurem stellas atqꝫ celū. Nā cū ipsa cernerēt them semp hoc est currē atqꝫ resolui ab hac ipsi^9 them nā theos. i. deos appellarent

3º de natura increata dubitatur: an ipsa sit viuens. Cũ.n. vita addat.s. esse in illo in quo nihil addit ad eẽ videt ꝙ non sit in vita. In deo aũt nihil addit ad esse. Alioquin in ipso essz aliqua ɔpositio: vnde nec in ipo erit vita. Rndet Alex. Qꝫ in deo est vita non p drãm a sba. Sed ipe sua vita est ⁊ suũ viuẽ et tãto nobilior ẽ eius vita q̃to simplicior. quia autez diuiũ esse est simplicissimũ nihil hñs d potẽtialitate ad mixtũ. Jõ ẽ i pléa actualitate atq̃ vigore. Qd autẽ in deo sit vita pz p Aug. qui ait in lº de fide ad Petꝝ. Deus nãliter vita est inde est ꝙ antiqui p iuramẽtum solebant dicere. Uiuat dñs. sicut pz 22.q.i.c. Et iurabit. Et p̊. Rx.28.cº. ⁊.24.⁊.26.⁊.28. Et.2'. Rx.2.c. Et Judith.i2. dixit illa sancta Judith. Uiuit ipse dñs deus noster. Et Jsa. 49.c. viuo ego dicit dñs. Et dani. i4. dixit daniel. Nõ colo idola mãu facta sed viuentẽ deum qui fecit celũ ⁊ terram. Et Jere.22.c. viuo ego dicit dñs. Et ezechi.i4.⁊.i6.cº. Uiuo ego dicit dñs. Ipse g̃ est deus qui viuit cuius vita est eterna: tũ q̃a esse diuinũ est eternum: vt autem inquit Tho. p̊ma pte.q.io. Illud qd vẽ est eternum noñ solũ est ens viuens: tũ q̃a vt ait aR.ii.metha. ostẽso ꝙ deꝰ sit intelligẽns. Cõcludit ꝙ hz vitam sempiternã ⁊ pfectissimã: quia intel lectus est pfectissimꝰ ⁊ semp in actu. quare cum ipsa sit vita vera alijs nõ tantum tpalem: sed etiam eternam vitam concedere potest ad quã iusti festinantes adipiscunt regnũ celorũ in quo xp̄s saluator noster viuit et gnat in secula seculoꝝ. Amen.

Explicit Sermo de vita tpali etna .s. ipsius dei.

Sermo secũdus in quo tractat de vita hominis ante suã beatitudinẽ.

IUsti autẽ in ppetuũ viuent. Iteruz vbi.s. Acq̃renda nũc est vita imortalis non sine labore qm̃ ipsa est p̄miuz cuiuscũq̃ opis vtuosi Et vt Greg. ait in sermone plimoꝝ martirũ ad magna p̄mia perueniri non potest: nisi p magnos labores. Uerũtñ anteq̃ de ipsa vite etnitate q̃cq̃ dicamus de vita hominis ante suã beatitudinẽ aliq̃d apiemus: vnde cõsiderabimꝰ triplicẽ statum.

Primo fm statũ nature condite.
2º fm statũ nature lapse.
3º fm statum nature repate.

Qr in statu nature condite homo si voluisset impassibilis fuisset: ⁊ imortalis. caᵐ. priᵐ.

Primo cõsideremus hominis vitaz: fm statum ante ipsã vitam fm triplicem hominis statũ nature cõdite .s. ante peccatum quo tempore si voluisset impassibilis erat ⁊ imortalis. Ad qd plenius intelligẽdũ erunt declarande tres difficultates. vz.

Prima de impassibilitate.
2ª de imortalitate.
3ª de cibi necessitate.

Prima difficultas de impassibilitate quõ.s. vum sit ꝙ homo cõditꝰ fuẽit impassibilis. Primo q̃a sentire est quoddã pati. Sed in statu inocẽtie erat hõ sensibilis ergo ⁊ passibilis.

2° q̄a corpus hōis molle fuit: ⁊ om̄e molle nālit passiuū ē a duro. ergo si corpori p̄mi hōis oblatū fuiss3 aliq̄d dur̄ ab eo pateret: ⁊ sic fuiss3 homo passibilis. 3° q̄a Aug. sup Gen̄. ad lrām dicit. Adam nō māducauit de pomo eo ꝙ credēt esse deū: ꝫ ne suas delicias cōtristaret. s. vxorē suā: sicut Salomon adorauit idola tertij. R. .ii. c°. Ne cōtristaret vxores suas. Ex q̄bus p3 ꝙ Eua erat cā ꝓpter quam Adā comederat. Nā status p̄me cō ditōis erat status passibilitatis aīe ⁊ corp̄is tristabilis in statu prime cōdi tōis. S3 tristicia est passio affligens aīa3 relinq̄t ḡ ꝙ stat⁹ p̄me ꝯditōnis erat status passibilitatis aīe ⁊ corp̄is Ad h̄ obiecta soluēda sanct⁹ tho. p̄a pte. q. 97. dicit. ꝙ passio duplicit d̄r Uno mō ꝓprie ⁊ sic potest dici q̄d a sua nāli dispōne remouetur. Passio .n. est effect⁹ actōis ꝫm Gilbertū po retanū. li. 6. p̄ncipioꝝ. In reb⁹ autē nālit ꝯtria agūt ⁊ patiūt ad inuice3 quoꝝ vnū remouet alteꝝ a sua nāli dispōne. ⁊ de hac dicit Damasce. Qr passio est motus p̄ter nām. Alio mō dicit passio cōiter ꝫm q̄3cūq3 imuta tionē etiā si ptineat ad pfectōe3 sicut intelligē vel sentire dicit q̄dā pati Pat3 ḡ ex diffinitione ista: ꝙ passio erat isto secūdo m̄ ⁊ nō p̄mo q̄m sen tire ⁊ dormire nō remouēt hominē a nāli dispōe: ꝫ poti⁹ ordināt ad bo nū nature. Ad 2m idē doctor dic̄ ꝙ in illo statu hō poterat corp⁹ p̄ser uare ne patēt ab aliquo duro ptin3 q̄dē p ꝓpriā rōnem p quā poterat vi tare nociua. Pertin3. n. p diuina3 p uidentiā que sic ipm tuebat: vt nihil ei occurrēt ex improuiso a q° ledēt. Ad 3m r̄ndet Alex. in 3° volumine sūme sue. Qr q̄uis hō hēret nām tri stabilem nūq̄3 tn̄ tristaret dūmō rō p negligētiā ⁊ ꝓprio studio nō defi ceret. Cōcludūt itaq3 doc. oēm ip̄assi bilitatē illius status. Isidor. libro de trinitate ait. Si hō i p̄adiso innocēs viuēt: nec ignis eū vreret: nec aqua mergēt: nec aeris absen^a suffocaret: nec oīa que nocēt mortalib⁹ impedi ret. Et Aug. li°. 14. de ci. dei. c°. 26° ait. Nihil corruptōis in corpe: vel ex corpe vllas molestias: vllis ei⁹ sēsib⁹ ingerebat: null⁹ intrinsec⁹ morbus: nullus ictus metuebatur extrinsecus sūma in carne: sanitas erat in aīo: to ta trāq̄llitas sicut in p̄adiso null⁹ est⁹ aut frigus sic in ei⁹ habitatōe: nulla ex cupiditate vel tiore accidebat hōe volūtatis offensio: nihil omnino tri ste nihil erat inanit lectum. Hec ille. Notat tamē ꝫm dicta Scoti ⁊ dn̄i Bona. ⁊ alioꝝ doc. di. 19. secūdi libri Qr impassibilitas illa non erat dos sicut impassibilitas beatoꝝ q̄m solū p̄uabat actū: sed nō potētiā patiēdi. Impassibilitas v̄o beatorum p̄uat actum ⁊ potentiā passionis ꝫm oē3 statu3. Et ne cui impossibile videat q̄d dicimus de statu primi hōis oīa ad dei volūtatē ⁊ ordinē referendo. Inspiciamus exempla q̄bus patere potest qualiter deus actum suspēdit actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ approximatorū ⁊ nō impeditorū. ita vt actio n̄ fuerit secuta: si ꝫm nām factum fuisset. Est q̄ppe ignis elementū maxime actiui tatis: ⁊ nihilominus tres pueros in ardentē fornacē missos vt ꝯburerēt

nec minime lesit. quinimo ābulabant in
me° flāme laudātes ⁊ bn̄dicebāt deū
Dani. 3°. c°. Johes euangelista Do
mitiani crudelissimi tpib⁹ Rome in
dolium feruentis olei missus illesus
exiuit. Sanctissima agnes flāmis in
iecta nihil sibi nocuit. Johes euāge
lista venenū mortiferū bibit quo ex-
austo duo alij extincti fuerāt ipse vo
intactus pmansit. Quid plura. In
domitas feras mansuefferat sanctis
suis. Nōne fecit sepius deus q illos
nedum offendē ause sunt: verum ⁊ ei
obediebant ac si rōne vigerēt. Fero-
cissimi inter animalia Leones repu-
tantur: ⁊ tamen antonio ministrat ad
terrā effundēdā p sepultura Pauli
pmi heremite vt in vitis patrum de
paulo legit. Leonis presidio abbas
zozimas sācte marie egyptiache cor
pusculū sepeliuit. Leonem et hiero⁹
habuit q ita obediēs erat vt et asinū
monasterij ad pascua dirigeret. De
Jona legim⁹ q fuit acete deuorat⁹
post triduū ad littus ab eadem belua
sanus fuerat eiectus. Jone. 2°. Nec
mirandū si ad ipsū rem omniū opifi
cem sapiētiā atq potētiā ista refera-
mus. Ipse siqdē ⁊ hec tempora tene
brarū put melius indicauit homini
conuenire aliqb⁹ beluis marinis do
nauit vt cū homine familiaritatē cō
trahere possent. Sicut de delphine.
Plinius in libro de nāli historia ait
Delphinus hominē neqq vt alienū
expauescit si obuiam nauigijs venit
exultans allugit. Solinus autem de
mirabilib⁹ mundi pmo libro inquit
Augusto pncipe in cāpanea delphi-
num puer fragmentis panis primo
illesit: ⁊ intactum cōsuetudo valuit vt
alendū se etiam manu ipsius credēt
mox qui cum ptulisset puerilis auda
cia eum inter spacia lucerni lac⁹ eue
ctauit: vnde effectum est vt abaiano
littore puerum equitātē vsq putheo
les veheret: h per ānos plurimos tā
diu gestum est: donec assiduo specta
culo desinerz esse miraculū. Sed vbi
puer obit sb oculis publicis desiderij
merori delphinus interijt. In africo
quoq littore delphin⁹ ab iponēsib⁹
pastus est: tractandūq se prebuit im
positos q frequent gestauit p ↄsulē
africe flauianus ipse eum contingit
Apud lassum autem vrbem puerum
delphinus adamauit: quem p maria
insidentē cum vndosior fluctus neca
uisset delphinus ad terrā reuexit: et
illud reatum suum fateret pn̄iam suā
morte mandauit: nec ampli⁹ in pro
funda reuerti voluit. Hec. A. gelli⁹.
in libro noctiū acticarum. Et Aug⁹. li.
pmo de ci. dei. c. 14. dicit. Or Arion
citharista optimus apien° corithiorum
rege artis gratia dilectus fuit a quo
licentia optēta siciliam et alias ptes
Italie visitauit: et demulcens aures
omniū ⁊ mente: adeo vt multas q
titates pecūie congregaret ⁊ reuerti
pponēs corinthū elegit sibi nauim ⁊
nautas corinthiorū naute pie cta in
altum naui tenuerūt consiliū de ipo
necando. Arion autē intellecta mor
te pecuniam ⁊ bona sua obtulit: ⁊ cū
cta que habebat illis dedit p salute
tunc ei naute inqunt sibi uim pprijs
manibus non offerre se imperant q
ipse solus in mari saliat. Orauit tūc
citharedum Arion q sibi permittant

nobiles vestes cape: ⁊ cuz fidib⁹ illi⁹ carmē canē. Naute vt delectarē ei⁹ cantu qđ orauēat concesserūt. arion ğ stās in sūmo puppis ornat⁹ altissi ua voce cantauit oomon cū fidib⁹: ⁊ ornatu sese in ꝓfundū egit. naute nequaq̄ʒ dubitantes quin pisset in cursu secuti sunt. Sed contingit del phinum aduenisse dorsoq̄ʒ suo cāto rem in latoniā regionē piander ꝟo petiuit corinthuz: retulitq̄ʒ oia Regi qui nautas fecit inquiri. Quibus in uentis introgauit: q̄d foret de ariōe Qui rñderunt. Cum essʒ in Italia quos tamē mentiri volētes Rex de ꝟitate conuicit. Huius historie ar⁹ dicit .A. gelius. Et athenis suo tpe sculpitū atq̄ʒ pictum videbaẗ simula crum. s. delphinus vehens sup quo effigies sedebat humana. Diximus illa vt clareat omnibus nō esse duꝝ qđ loquimur de hominis cōditi im possibilitate. Scđa difficultas ē de illius status imortalitate: quō. s. po terat tunc illud esse incorruptibile ⁊ imortale. Nam omne compositū ex cōtrarijs est nāliter dissolubile ⁊ corru ptibile: igiẗ ⁊c. Ad istud r̄ndet vgo in libro de sacmentis: vbi dicit tres status humane nāe.

Prim⁹ est nature cōdite.
2⁹ est nature lapse.
3⁹ est nature beate.

In primo statu habuit hō posse peccare: ⁊ sic habuit posse mori: ⁊ nō posse mori. primo mō fuit vt in ipso essʒ corpis imortalitas.

In secūdo statu habuit posse mori: ⁊ nō posse nō mori. Et sic posse pec care: ⁊ nō posse nō peccare: qm̄ in h̄ statu ē peccādi ⁊ moriēdi necessitas.

In 3° ꝟo statu hēbit posse nō mori ⁊ nō posse nō mori. Sicut ⁊ ñ posse nō peccare: ⁊ ñ posse peccare: qm̄ ad hunc statū ptinet moriēdi ⁊ peccādi impossibilitas. Sāctus ꝟo Tho. in pma pte. q. 97. dicit. Q aliq̄d potest dici incorruptibile tripliciẗ. Uno mō ex pte materie eo. s. q nō habʒ mām sicut angelus: vel habʒ mām que ñ est in potētia: nisi ad vnam formam sicut corpus celeste: ⁊ hoc dicitur ₛm nām incorruptibile. Alio mō aliq̄d diciẗ incorruptibile ex pte forme: q̄a .s. rei cōporali inhēt aliqua dispositō p quam totaliẗ a corruptiōe ꝓhibeẗ Et hoc diciẗ incorruptibile ₛʒ gr̄aʒ: quia vt Aug. dicit in epistola ad dio stoꝝ. Tam potēti nā fecit de⁹ aiam vt eius beatitudine redūdet ēt corp⁹ plenitudo sanitatis ⁊ incorruptōnis vigor. Tertio mō diciẗ aliq̄d incor ruptibile ex pte cause efficiētis: ⁊ hoc modo in statu inocētie fuisset incor ruptibilis ⁊ imortalis: quia deus sic voluit. Hinc ait aug⁹. in qōib⁹ noui ⁊ veťis testamēti. Deus hōiē fecit: qui q̄ʒ diu nō peccaret imortalitate vigēt vt ipse sibi auctor esset: aut ad mortē aut ad vitam. Et idem in li°. đ baptismo puuloꝝ ait. Fiebat inq̄t ordo iusticie: vt sicut omnia dño suo ita ⁊ corpus obediret. Et in libro đ ci. dei. iz. c°. 3°. ait. Fatēdū est pmos hōines ita fuisse institutos vt si non peccassēt nullum gen⁹ mortis expi renẗ sed eosdē pmos hōies ita fuisse morte mulctatos: vt q̄cq̄d ex eorum stirpe fuisset exortuꝝ: eadem pena te nereẗ obnoxiū: p magnitudīe q̄ppe

culpe illius natura dānatio mutauit in peius: vt qđ penalit̃ pcessit in peccantibus hominib⁹ pmis nāliter se queret̃ in nascētibus ceteris. hec ille Et idem in libro. 14. de ci. dei. c. 26° dicit. Viuebat itaqȝ homo in padiso sicut volebat q̄ȝ diu hoc volebat qđ deus iusserat. Viuebat fruēs deo ex quo bono bonus erat: viuebat sine vlla egestate: sicut semp viuē hn̄s in ptāte: cibus aderat ne esuriret pot⁹ ne sitiret lignum vite ne illum senecta dissolueret.

3ª difficultas dicit̃ de cibi necessitate Si. n. corpus erat impassibile quō cibis indigebat. Et Rndet Augu⁹. in qōibus noui ꝛ veteris testamēti. Quia imortalitas pmi status erat ḃm vim qnqȝ supnālez in anima residētē: nō autem p aliquaz dispōnez corpori inherentē: vn̄ p solutōe corporis aliqd de humido. s. corpis poterat depdi ꝛ ne totalit̃ consumaret̃ necesse erat per assūptionem cibi hōi sbueniri.

2° cōsiderem⁹ hōis vitam ḃm statuz nature lapse. Peccāte siquidē hōine introducta fuit lex mortl. vt moriret̃ vsqȝ ad ꝯsūmatōȝ scl'i iuxta cōinatōȝ dei dicentis Gen̄. 2°. Quacūqȝ die comederis morte morieris. i. mortl. necessitatez incurres: vel morti obligatus eris ḃm qđ exponit Aug. sup Gen̄. Verūtū in illis pmordijs lōga fuit vita illoꝝ: adeo vt audiētes adā vixisse nōgentis. 30. ānis. Et malaleel nongentis. 55. annis. Et Jared nongētis. 62. ānis. Et Mathusalez nōgentis. 69. ānis. vt pȝ Gen̄. 5. c°. plurimū admirant̃. Unde apud plerosqȝ varia ꝛ falsa q̄dez de ānis illis opinio est exorta. Nā vt dicit Aug. li. 15. de ci. dei. c°. Aliqui dixerūt ꝙ 10. āni illius tpis accipiunt̃ vno āno modo nostro volētes ꝙ nōgenti āni ex illis essent nonaginta. Sed falsū esse hoc constat quia vt ex codicibus colligit̃. hēt̃. n. Gen̄. 5. c. Centum et 30. ānoꝝ erat Adam quādo tertiuz genuit filium: qui āni ḃm illos essēt 13. ex nostris. Sed obmittam⁹ adam quia fortasse etiam quādo creat⁹ est gn̄are potuit. Sed q̄d de Seth de quo habet̃ ꝙ centū. 5. erat ānoꝝ qn̄ genuit Enos. ac p hoc nōdū hēbat ānos. 11. Enos ꝟo. 20. erat ānoꝝ qn̄ genuit Malaleel: ꝛ sic septē ānos habebat. Quis homo gn̄at septē ānis Si tunc āni. 70. nūcupāt̃ qui septez fuerunt. Plini⁹ ꝟo cū audiss3 hōies ad tot puenisse ānos hec omnia insicia ipsa puenisse est arbitrat⁹ inq̄ens quosdam transisse ānū estate etiam aliū hiemi. Archades trium mensiū ānos habuisse egyptios ꝛ lauinios 13. Acharuanas sex. Cōtra quā opinionem Aug⁹. sup Gene. ad litterā adducit scripturā dicentē. Sexcētesimo āno vite sue mense. 2°. die. 7ª. mensis: rupti sunt oēs fontes abyssi magni. Et Gen̄. c. 8. Requeuit archa mense 7. 27. die mensis. Sup montes armenie: at ꝟo aque ibant et decrescedāt vsqȝ ad. 10. mensem. ꝛ post sbdit scriptura. Sexcētesimo primo āno vite Noe pmo mense pma die mensis iminute sunt aque sup terrā Tales igit̃ erant tunc āni quales et nunc. Et si adhuc vltra querat̃ quō tam diu hominum illoꝝ vita posset elongari. Ad hoc rn̄det Nicolaus

de lyra sup Ge.5.c. Et v̄bis Josephi in p̄mo libro antiq̄tatū. Qui opioni nostre imo scripture sancte de ānis concordat asserens hiero^{ci} egyp^{ci} et berosū Caldemij et Manethā idez tenuisse in illis libris: quos de antiq̄tate scripserūt q̄ hoc fiebat m̄ltiplici rōne. prima ratio sumit̄ ex bonitate cōplexionis p̄moꝝ pentum q̄ fuerūt a deo imediate formati: et p̄ ꝯsequēs optime cōplexionati. Et sic ad longiorem vitam dispositi: et illa bonitas complexionis magis venit ad hōies ꝓpinquos illius tēporis q̄ȝ remotos temporis moderni.

2^a rō sumit̄ ex modo viuendi: quia tempate viuebant.

3^a rō sumit̄ ex bonitate nutrimenti q̄a ante diluuiū terre nascen^{cie} fuerūt meliora q̄ȝ post: q̄a inūdacio diluuij fuit pro maiori pte ex aquis occeani salsis que inducunt sterilitatē terre: et p̄ ꝯñs reddūt peiora terre nascen^{cie} ex q̄bus abbreuiat̄ hominis vita.

4^a rō sumit̄ ex scientia Ade: q̄a formatus fuit in scientie pfectiōe. Et iō cognouit v̄tutes fructuū herbaꝝ et lapidum p̄ciosoꝝ que faciūt ad ꝯseruandam sanitatē et vitā ꝓlongādā et de hoc docuit homines illius tp̄is

5^a rō sumit̄ ex bono aspectu syderū sup regionē illam in qua manebāt: q̄ aspectus multū facit ad lōgitudiez vite. Sed p̄ motū celi continuū mutatus est tempore ꝓcedēti.

